BIBLIOTHECA
[SCRIPT]ORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

OVIDIVS

VOL. III FASC. 2

FASTORVM LIBRI VI

FRAGMENTA

EDIDERVNT

R. EHWALD - FR. W. LEVY

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

P. OVIDIUS NASO

VOL. III FASC. 2

FASTORUM LIBRI VI
FRAGMENTA

EDIDERUNT

RUDOLFUS EHWALD
ET
FRIDERICUS WALTHARIUS LEVY

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

ERNESTO HOFFMANNO
S.

PRAEFATIO

Ovidius in secundo Tristium libro (549sqq.), quem anno p. Chr. n. 9 ad Augustum misit, se Fastorum sex totidemque libellos sub Caesaris nomine[1]) scripsisse ipse dicit, quos fuga coactus imperfectos reliquerit. Poetam autem intra priores relegationis annos carmini denuo operam dare animum induxisse neque constat neque verisimile est; quin etiam inveniuntur, qui Ovidium Fastos usque ad finem mensis Decembris producere omnino non in animo habuisse persuasum habeant. Velut Ricardus Heinze in commentatione, quae inscribitur „Ovids elegische Erzählung" (Lips. 1920), dubitanter quaerit, fueritne perfecturus poeta, etiamsi Romae manere ei licuisset, quod sibi proposuerat, opus, cum materia ad carminis alteram partem condendam et explendam satis apta ne cogitari quidem possit. Quod Heinzei argumentum Hugo Magnus in ephemeride, cui nomen est „Berliner Philologische Wochenschrift", improbavit (1920, 1040). Et suppetisset Ovidio satis magna copia quae narraretur digna, si fontes vel fastos paulum perscrutatus esset. Quod ut cognoscas, conferas velim, quae Georgius Wissowa in priore operis de religione Romana conscripti appendice collegit (582—592). Sed Magnus quoque Ovidium a perficiendo opere ideo deterritum esse censet, quod quam non indoles sua cum totius carminis ratione consentiret, senserit.

Licet Heinze et Magnus recte iudicaverint, tamen id videtur constare satis magnam partem, cum Ovidius opus sive intermittere coactus est sive omittere consilium cepit, perfectam iam fuisse. Nisi enim librorum VII—XII fragmenta vel frustula animo iam concepisset vel singula litteris mandasset, in Tristibus verba illa, quae supra attuli, nescio an scripturus non fuerit.[2])

1) Sententia a Rieseo prolata, qui Ovidium Fastos, quales nunc habemus, Romae compositos ab initio Germanico consecravisse et singulos locos postea mutavisse vel inseruisse contendit (Fleckeis. Ann. 109, 568), digna est, quae oblivione obruatur; falso etiam V. Loers, Commentarii in P. Ovidii Nasonis fastos pars I, Progr. Trier 1851.

2) Tristium versus non aliter interpretandos esse etiam F. Leo iudicavit in libro, qui „Plautinische Forschungen" inscribitur ([2]44): „Auch für Ovids Fasten liegt die Sache klar. Die sechs ersten Bücher wurden aus dem Nachlaß herausgegeben, außer dem ersten Buch nicht zu Ende überarbeitet wie sie waren, ohne einen Versuch, die

Quibus cum Ovidi verbis quodam modo videtur consentire Servii (Dan.) testimonium in commentario in Vergili Georgica (I 43) conscripto traditum (cf. infra Ovidi fragmentum 21), quod quomodo iudicandum sit, nunc quaeramus necesse est. Postquam enim grammaticus ille Quintilem et Sextilem postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti mutatos esse narravit, unde essent Iulius et Augustus, haec addit: *sic Ouidius in fastis*. Ovidium autem cum materiam in libro VII et VIII tractandam conquireret, de mensium illorum nominibus sive nonnullos versus iam pegisse sive nonnulla litteris mandasse, quibus postea uteretur, cum per se satis perspicuum est tum si ceterorum librorum prooemia inspexeris, prorsus tibi elucebit.

Quae cum ita sint, quaestio oritur, quali Fastorum editione Servius vel auctor eius in conscribenda adnotatione sit usus. Ovidius ipse in Fastis quales nunc legimus Quintilem mensem postea mutatum esse obiter adumbravit. Cum enim dicat (III 149sq.): *denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, et inde incipit, a numero* (cf. I 42) *nomina quisquis habet, fuerat* plusquamperfectum de industria hoc animo scripsit, ut mensem sua aetate alio nomine significari indicaret. Etiamsi autem fortasse nihil obstat, quominus Servium vel auctorem hos versus respexisse concedamus, qui versus Ovidiani Servio de Sextili scribenti obversati sint, in dubio relinquetur. Neque enim ex uno loco, quo Ovidius Augustum mensem commemorat (V 147), quicquam concludere licet. Quoniam autem hunc versum tetigimus, quid ex eo appareat, videamus. Larum compitalium mentione facta poeta de aris ab Augusto consecratis fusius se infra acturum esse promittit: *quo feror? Augustus mensis mihi carminis huius ius habet! interea Diva canenda Bona est.* Ovidio igitur, cum hoc scripserit, narrationem producere in animo fuisse, vix est, quod negemus. Itaque iterum quaerendum est, unde Servius, quae in commentario adnotavit, sumpserit.

Quaerenti autem respondebimus, quantum video, trifariam: aut Servius erravit et complures auctores inter se confudit aut in Fastorum editione, quam vel ipse vel auctor eius adhibuit, plura legebantur quam nunc in codicibus leguntur. Quod si ita se haberet, sententia a Friderico Leone l. l. prolata hactenus mutanda esset, ut eum, qui defuncti Ovidi carmen ex schedis relictis edidit, non solum quae aliquatenus perfecta vel nondum retractata erant, locis inter se discrepantibus non adaptatis magna cum pietate, quae erat consuetudo in edendis scriptorum poetarumve mortuorum operibus, publici iuris fecisse, sed etiam fragmenta et si quid aliud extabat addidisse existimemus.

Discrepanzen zu entfernen; von der zweiten Hälfte des Werkes ist es wahrscheinlich (nach trist. II 549), daß sie entworfen, aber auch für postume Herausgabe nicht reif war."

Cuius libri vestigium usque ad aetatem grammatici a Servio expressi duravisse posteaque auctoritate alterius editionis libros I—VI solos complexae prorsus extinctum esse videatur statuendum, siquidem Servii testimonio fides habenda sit. Atqui — et haec est tertia interpretandi via — iustis causis monet R. Ehwald, Ad hist. carm. Ovid. recensionemque symbolae, Pr. Gotha 1889, 3, ne Servio nimis credamus. Etenim in vetere codice Lemovicensi, nunc Leidensi Vossiano 80 saec. IX/X exarato verba '*sic Ouidius in fastis*' transposita sunt et ante '*unde sunt Iulius et Augustus*' leguntur, cum in cod. Caroliruhensi saec. X scripto omnino desint. Qua de causa videntur sapere additamentum a lectore aliquo versuum de mensibus Romanorum multis Fastorum locis exstantium memore falso adscriptum et e margine in contextum receptum. Num autem Ehwald recte iudicaverit, haud facile discerni potest. Quamvis enim sententia eius vario codicum habitu commendetur, non adeo adprobatur, ut omnes dubitationes diluantur. Quicumque enim ad studium locorum in commentariis librisque grammaticorum exempli causa ex scriptoribus poetisve prolatorum tempus contulit, eadem aliis in codicibus saepissime aliter legi vel iniuria omitti non nescit. Quodsi igitur verba illa Servio non deberi non constat, restat, ut iterum quaeramus, fuerintne praesto Servio vel auctori eius Fastorum fragmenta. A Servii autem auctore carmen Ovidianum inspectum non esse pro certo licet affirmare.

Servius enim adnotationem ex Cornelii Labeonis commentario Vergiliano hausit [1]), cuius in auctoribus Ovidius numerandus non est. [2]) Neque enim fieri potest, ut Labeo doctrinam ad menses pertinentem ex Ovidio sumpserit, cum in Aprili nomine derivando ab Ovidio dissentiat. Qui et I 39 Fulvii Iuniique doctrinam a Varrone ut allatam ita non probatam (de l. l. VI 33) [3]) secutus [4]) secundum mensem a Venere (*Ἀφροδίτη*) derivat et IV 61—90 cum fastis Praenestinis i. e. Verrio Flacco [5]) consentiens Aprilem a Venere vel ab aperiendo nominatum esse dicit, cum apud Servium (Labeonem) hoc scriptum videamus: *Aprilis* ⟨*vero*⟩ *dictus est quasi terras tepore aperiens.* De Labeonis autem fontibus hoc loco disputare nostrum non

---

1) W. A. Baehrens, Cornelius Labeo atque eius commentarius Vergilianus 153.

2) Baehrens l. l. 265.

3) cf. Cens. de d. n. 22, 9 Macrob. Sat. I 12, 5 (= Gramm. Rom. Fragm. p. 15 Funaioli).

4) cf. Franke, De Ovidii fastorum fontibus capita tria, Diss. Hal. 1909, 57.

5) Fastos Praenestinos ad Verrium Flaccum redire demonstravit H. Winther, De fastis Verrii Flacci ab Ovidio adhibitis, Diss. Berol. 1885, sane hac in re errans, quod Ovidium ex hoc uno fonte pendere iudicavit; cf. Wissowa, Gesammelte Abhandlungen zur römischen Religions- und Stadtgeschichte 271 et Franke l. l. 3sqq.

est; id unum dixisse satis habeo Macrobium in Saturnalibus mirum quantum cum Servii verbis consentire, ita ut Baehrensio Macrobium doctrinam in cap. duodecimo libri primi congestam e Labeone mutuatum esse affirmanti [1]) adstipulari nullus dubitem; cf. enim

Servius (Labeo)	Macrobius
Martius a gentis auctore	Martius a genitore Romuli (I 12, 5)
Aprilis ab aperiendo	Aprilis ab aperiendo (I 12, 14)
Maius a Maia, alii a maioribus	Maius a maioribus (I 12, 16), a Maia (I 12, 18—29)
Iunius a Iunone, alii a iunioribus	Iunius a iunioribus (I 12, 30), a Iunone (I 12, 30)
Ianuarius a Iano	Ianuarius a bicipite deo (I 13, 3)
Februarius a Februo, Ditis patre	Februarius a februo (I 13, 3)
reliqui iam a numero nominabantur	deinceps pro numero nominabantur (I 12, 5)
quintilis et sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti, unde sunt Iulius et Augustus	quintilis ... postea in honorem Iulii Caesaris dictatoris Iulius appellatus est; Augustus deinde est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretur ex s. c. (I 12, 34. 35).

Cum autem Labeonem Ovidi Fastos non respexisse ex diversa Aprilis explicatione cognoverimus, Baehrens, quod Servii verba '*sic Ouidius in Fastis*' Labeoni non vindicavit, recte fecit. Servius igitur additamentum de suo inseruerit necesse est. Quod si recte conclusimus, quanti eius verba sint aestimanda, patet: neque enim timeo, ne quis nimiam audaciam mihi crimini det, si Servii testimonium pro nihilo faciendum esse dixero, sive grammaticus aliquorum versuum Ovidianorum, quibus de mensium nominibus poeta egit, memor adnotationem carmine denuo non inspecto sed memoriae vi fretus conscripsit non accuratam, ne dicam falsam, sive, id quod minus verisimile duxerim, testimonium finxit. Utut autem est, id quidem Servium Fastorum editione, qua alterius partis fragmenta continebantur, usum esse praefracte nego. Itaque non habemus, quod sententiam Friderici Leonis impugnemus Fastorum editorem omnes librorum VII—XII reliquias ut ad edendum haud idoneas prorsus abiecisse iudicantis. [2]) Cum igitur Servii iam temporibus alterius Fastorum partis vestigia non extiterint, verbis Conradi Celtis [3]), viri docti, fidem habere dubitabimus, qui reliquos sex Fastorum libros servari apud presbyterum in pago prope Ulmam sito testatur. Quem non tam decepisse quam fuisse ab aliis deceptum Heinsius, qui a Gronovio de Celtis adnotatione edi-

1) l. l. 21 sqq. 45. 2) cf. supra p. III². 3) cf. infra p. 192.

tioni cuidam Ovidianae adscripta certior factus est, recte videtur iudicavisse.

De ceteris quaestionibus ad Fastos pertinentibus egregie disseruit Merkel in Prolegomenis editionis Reimerianae (Berol. 1841), qua quamvis singulorum carminis Ovidiani locorum interpretatio post eius demum curas processerit, fundamentum iecit stabilissimum. Qui vir de Nasone optime meritus Ovidium Augusto mortuo Fastorum retractationi [1]) operam dedisse et carmen Germanico dedicavisse, qua erat sagacitate, cognovit. [2]) Quam retractationem ne usque ad finem sexti libri produceret et epilogum quantumvis brevem adiceret, morte impeditus est. Quo fit, ut in secundo iam libro vix ulla retractationis vestigia exstent. Is autem, qui carmen in lucem edendum curavit, magna cum pietate id egit, ut Fasti, quales poeta reliquerat, imperfecti in medium prodirent. Utrum autem librorum VII sqq. fragmenta noverit et consulto neglexerit an Ovidius, quae carminis producendi causa collegerat, ipse deleverit, prorsus ignoramus. Merkelii sententiam, quam supra exposui, confirmaverunt idemque mutaverunt H. Peter, Über die doppelte Redaktion der ovidischen Fasten (Fleckeis. Ann. 111, 499) et G. Knögel, De retractatione Fastorum ab Ovidio Tomis instituta (Diss. Monast. 1885); cf. etiam, quae Peter in praefatione editionis exegeticae adnotavit (I^4 10 sq. [4]).


Idem Merkel etiam de recensione optime meruit. Cuius ex temporibus Fastorum editores, qui in codicibus iudicandis et perpendendis tempus consumpserunt, inter se dissentiunt. Cum enim Riese in editione Tauchnitziana (Lips. 1871—1874) Merkelium secutus (cf. Prol. CCLXXII) nusquam fere auctoritatem unius Reginae codicis (A) deseruerit, Peter in editione exegetica et in programmate, quod inscribitur „De P. Ovidi Nasonis fastis disputatio critica" (Meißen 1877) non modo ex tribus codicibus, Reginae libro, Ursiniano, Mallerstorfiensi varias scripturas eligendas, sed etiam octo aliorum codicum rationem habendam esse censuit. Quam Peteri rationem iustis causis impugnavit Fridericus Krueger, De Ovidi Fastis recensendis, Diss. Rost.-Suerin. 1887, omnibus codicibus Reginae librum s. Petavianum (Vaticanum 1709) saec. X. exaratum longe praestare arbitratus. Neque vero in hac sententia viri docti steterunt. E. Samter enim, cum veras codicis Ursiniani s. Vaticani 3262 saec. XI scripti (U) lectiones nondum satis exploratas esse persuasum haberet (Fleckeis. Ann. 151, 1895, 563), in Reginae libro ut solo recensionis fundamento niti non licere recte monuit. Et est A multo saepius quam Krueger, qui de ceteris huius codicis vitiis non minus bene et caute quam de eximio pretio eius

---

1) Versibus retractationi attribuendis asteriscum addidimus, quem si res in dubio relinquitur, uncis inclusimus.
2) Prol. CCLVI sqq.

iudicavit (2sqq.), concessit interpolationibus depravatus: cf. e. g. I 83 ferienda securi A(D) ex IV 415, ferienda iuvenci U; II 644 dona A, liba U(BD) 674 manes A, mane U 755 lacrimis A, lacrimas U 862 erat A, adest omnes fere praeter unum, qui ades habet, III 61 ministris A(D), magistris U. Samterum autem de Ursiniani scripturis recte coniecisse apparuit quattuor annis post. Gordon J. Laing enim, qui codices A et U denuo contulit (Americ. Journ. of Archeol. III 1899, 212—228) demonstravit codicem U non paucis locis, quibus priores editores interpolationes detegere sibi visi sunt, prima manu rectam praebere scripturam, cum alterius manus culpa non multo post illam et tertiae quinto decimo demum saeculo interpolationes in totum codicem irrepserint. Quamvis autem recte Samter et Laing, quibus accessit R. Wünsch, Mus. Rhen. 56, 1901, 392 de Ursiniano iudicaverint, editores de multis librorum V et VI locis alias opiniones prolaturos fuisse, si A, qui V 24 explicit, integer saecula perduravisset, mihi persuasi. Qua de causa Ehwaldium auctoritate Ursiniani nimis saepe inductum esse arbitror, ut inde a V 25 scripturas codicis Mallersdorfiensis s. Monacensis Lat. n. 8122 saec. XII scripti (D), nonnumquam etiam Leidensis Vossiani n. 27 saec. XIII exarati (B), quem propter creberrimas interpolationes non minus caute quam collationem Leidensis Vossiani deperditi in edit. Amstelod. 1630 bibliothecae Leidensis exstantem (C) adhibendum esse concedo, neglegeret; cf. e. g., quae ad V 49 VI 169. 551 adnotavimus.

Tres hos Fastorum codices AUD, quos adhuc commemoravimus, propinquitatis quodam vinculo inter se contineri ex eis scripturis, quas Krueger l. l. 2sqq. collegit, satis elucet. Neque tamen A et U eodem modo gemelli habendi sunt quo codices Monacenses β et γ, qui epistulas ex Ponto datas continent. Quam codicum propinquitatem Krueger hoc stemmate illustravit:



Ut Petavianus aevi Carolini studiis debetur, ita Ursinianus scriptura Langobardica in Monte Casino exaratus est. Cuius diversae codicum originis quamquam ratio habenda est, artam eorum propinquitatem facile cognoscet, qui e. g. hasce scripturas inter se contulerit: *I 315 nonae nisi sit ibi* (*tibi* U$'$) *nubibus atris* AU^{1}; cf. apparat. crit. ad *I 381. 387,* quibus locis ex rasuris in A exstantibus A^{1} eandem scripturam praebuisse quam U elucet; cf. etiam ad *IV 136 sq.* *I 243* alterutrum codicem interpolatum esse omnes fere viri docti inter se consentiunt; cf. e. g. Wünsch, Mus. Rhen. 56, 393. Quo in versu tractando Ursinianum secutus sum:

hic ubi nunc Roma est tunc ardua silva virebat A
hic ubi nunc Roma est incaedua silva virebat U

Krueger Ursiniani scripturam existimavit interpolationem (l. l. 21),

quam ut insereret, librarium exemplis Ovidianis Am. III 1, 1 Fast. II 435 adductum esse contendit. Praeterquam autem, quod haec sententia iam per se a vero multum abhorret, accedit, quod tunc ardua et incaedua non variae scripturae habendae sunt, immo vero una atque eadem fontis, in quo singula verba continuis litteris scripta compluribus interpretationibus favebant, scriptura a librariis diversa ratione depicta videtur esse; cf. $\bar{\tau}$cardua cum $\bar{\iota}$caedua.

Quodsi singulae litterae vix inter se differunt, non iam habemus, quod variam scripturam statuamus, sed quaeramus necesse est, utrum librarii A an β[1]) interpretamentum veri speciem prae se ferat. Probatur autem Ursiniani scriptura *incaedua* cum ceteris exemplis, quae Krueger attulit, tum testimoniis ex Catone et Plinio promptis, quae in apparatu critico attuli, quibus incaeduus vocem terminum technicum rei rusticae scriptoribus acceptum atque Ovidiano quoque versu dignissimum fuisse intellegitur.

In utroque autem Vaticano et in Mallersdorfiensi interpolationes inveteraverunt (cf. quae de A supra p. VII sq. diximus), quas si inter se contuleris, Ursiniani et Mallersdorfiensis multo plures et graviores esse facile cognosces; cf. e. g. *I 207 praetor: consul* U *ex III 781; II 19 piamina: piacula* UD(G): in locum perrarae vocis successit vulgaris; idem observatur *I 177 gerebat* A: *tenebat* UD.[2]) Maiore autem cum neglegentia A depictum esse Krueger non minus ex permultis scribae erratis, quorum satis magnum numerum collegit (l. l. 4), quam ex singulis verbis totisque versibus nulla iusta causa omissis vel transpositis recte cognovit. Quod autem Krueger (l. l. 5) scribae crimini dat, quod nonnumquam singula verba sine ulla ratione diremit vel coniunxit (cf. e. g. I 383. 585 III 849), equidem ei laudi verterim, praesertim cum fontis verba continuis litteris scripta, interdum fortasse etiam evanida, quantum potuit, cum fide depinxerit neque, quaecumque dispicere nequivit, suis ipsius coniecturis depravare maluerit, quod tentamen ei, qui Ursinianum et Mallersdorfiensem scripserunt, non semper reppulerunt.

Praeter hos tres codices et duos Leidenses B et C, quos supra (cf. p. VIII) obiter commemoravimus, Peter, cum sex alios adhibuerit, feceritne recte, quaerendum est. Etenim, ut non dicam de Fastorum excerptis, quae Parisino 7886 saec. IX scripto continentur[3]), de quibus nihil certi constat, tres Leidenses (B


---

1) Mallersdorfiensis librarius, qui cum A consentit, tunc ardua scripturam, siquidem eodem exemplari usus est quo is, qui Ursinianum scripsit, ex alio fonte mutuatus est; sed Ursiniani quoque auctori, qui „*at tunc ardua*" in margine addidit, haec scriptura aliunde videtur innotuisse.

2) cf. Met. IV 782 et Magnus Philol. 79, 1923, 184 sq.

3) cf. E. Maass, Comment. in Arat. 306.

C G), quorum postquam duo deperierunt, solae exstant collationes in libris bibliothecae Leidensis — de C vide supra p. VIII; scripturae codicis Zulichemiani G afferuntur in Aldina Leidensi 760 C_1, cf. infra p. XVI — ad unum redire videntur archetypon, quod non recta via ex Ursiniani et Mallersdorfiensis exemplari fluxisse Ehwaldius affirmavit[1]) hac in re Kruegero non adsensus, qui (l. l. 20) hoc stemma constituit:



Ex B et C, qui sex Fastorum libros continent, cum plurimas easque gravissimas interpolationes perpessi sint, quarum exempla in apparatu critico protulimus satis multa (*cf. I 581 Instituitque* BCM *II 115 ferendi* BCM *149 exerit* BC *553 latiosque* C *III 75 ducimus* BCM *76 eat* BCGM[1] *582 Purus* BC *IV 812 nomina* BC *V 128 quae . . . habent* BC *658* Hic tuus BC *VI 435 est add.* BC *515 tentant (temptant)* BCM), magnum ad totam recensionem fructum percipi non posse patet *(sed cf. e. g. III 575 et IV 897)*. Etiam G et M vel isdem (cf. supra) vel similibus interpolationibus depravati sunt atque BC (*cf. III 265 distractus* BCGM *271 fortesque manu* BCDGM *465 depexus* GM[1] *576 exulibus* G *619 pectore* BCGM *IV 49 genitum* G *VI 445 flammis* BCGM *449 aquam* CM). Egregiae autem Zulichemiani et Mazariniani scripturae omnes fere etiam apud Lactantium Firmianum inveniuntur, qui in Institutionibus Divinis saepe Ovidi Fastos vel respexit vel e verbo attulit.[2]) Lactantio enim utimur acceptissimo teste et vetustioris et purioris recensionis raris reliquiis conservatae. Cuius verbis, ut exemplum afferam, IV 211 Ursiniani scriptura *res latuit, priscique manent imitamina facti* et VI 294 Mallersdorfiensis *comites virginitatis amat* probatur. Utrum autem G et M ad vetustum Lactanti archetypon redire Krueger recte statuerit an ex Lactantio ipso scripturae genuinae sumptae sint, adhuc parum exploratum est. Krueger enim ad sententiam fulciendam satis infirmum videtur usurpasse argumentum (l. l. 16) IV 209, quo loco *sudibus* apud Lactantium, *rudibus* in GM[1] legitur, librarios, si ex Lactantio ipso hausissent, *sudibus* descripturos fuisse ratus. Quam ad Kruegeri sen-

---

1) Burs. ann. 80, 72.

2) Ex variis scripturis apud Priscianum exstantibus nihil fere elucet.

tentiam accedere propterea dubito, quod fieri potuit, ut is, qui Zulichemiani et Mazariniani commune exemplar Lactantio adhibito exaravit, erraverit et falso r pro s, quae litterae haud raro inter se confunduntur, depinxerit.

Ex ceteris codicibus lectionem exhibentibus vulgatam hic illic singulae scripturae in apparatu prolatae sunt. Quas magis ea mente adnotavi, ut quantopere verbis vere Ovidianis, quae aliquatenus saltem restitui possunt, interpolationibus obtrectatum sit, demonstrarem quam quod Peterum de eis recte iudicavisse concedo. Quorum in numero habendi sunt duo Leidenses saec. XIII scripti (L, V), Francofortanus (F), Gottingensis (g), Hamburgensis nunc Hauniensis (H), Treverensis (T) eiusdem saeculi, quem Loers olim praestantissimum dixit. Gottingensis ex exemplari Mallersdorfiensi simillimo, non ex hoc ipso (cf. V 626. 713) descriptus est atque etiam in quisquiliis orthographicis cum eo consentit; cf. V 104. 131. 259, Tum BC. 289 multi. 291 *multa] laus explic. uterque cod.* 316 ortus. 370 dixerat. VI 414. 425; quos inter medius habendus est unus Moreti, de quo Merkel recte iudicavit; cf. Proleg. CCLXXIX. Prorsus autem neglexi codicem Ashburnhamensem saeculi XII, qui nunc Florentiae conservatur; scatet enim non solum interpolationibus nonnumquam omni ratione carentibus, sed etiam saepissime Mallersdorfiensis vestigia pressit. Cuius scripturis, quas R. Sabbadini publici iuris fecit[1]), cum apparatum onerare inutile duxerim, pauca hic commemorasse satis habeo: *I 35 tempus 292 vehit 389 Sabinos 578 pulsat 591 emensa 652 gerentis (= Heinsius) II 203. 204 non desunt 487 ad sidera caeli(!) 614 moto 848 tenet 855 fateris.*

Ex maximo coniecturarum, quae volventibus saeculis prolatae sunt, numero haud paucas neglexi, sive quod praestantioribus refutatae sunt, sive quod prorsus falsis non habebam, quod apparatum onerarem. Neque etiam minutiarum orthographicarum, quae nusquam in codicibus non exstant, rationem omnibus locis habendam esse censui, praesertim cum singulae saepe vix inter se differant et eadem verba non raro in eodem codice varia ratione exarata reperiantur. Qua de causa, ne uberrima illa materia apparatus nimis intumesceret, paucas formas speciminis gratia hoc loco selegi:

b pro v: fabilla libor nobitas U bacca U IV 826 VI 519 (corr.)
p pro b: plebs A; U VI 781, puplicus U V 285. 730
c pro ch: pulcer U VI 375
f pro ph: Eufrates (cf. ind. nom.) syfacem U VI 769
n pro m: menbra U IV 556
tt pro t: littora U VI 765
x pro xs: exuperare U VI 372 extimulare UD VI 588

1) Museo ital. di antich. class. III 1890, 69; cf. Ehwald, Burs. ann. 80, 67 sq.

i pro e: genitrix AU timpora U IV 656, U[1] V 335
e pro o: pignera U VI 365. 445
o pro u: sanguinolentus D VI 602
u pro o: uult UD V 352 uultis U VI 388 uulpem A IV 710, *sed* uolpem A IV 703 attonitum uulgus U VI 598 uulnere U VI 747
i pro y, y pro i et u: fylira U V 337 zephiros U V 319 liram U VI 812 styrpis A IV 876 Sylla U VI 212 cumba U, cymba D cf. trist. I 1, 85 II 330
h additur vel neglegitur: harundo U VI 411 humida UD VI 472 habiit U IV 709 abet U V 208 eliadum U VI 717
gu pro g: tingue UD VI 596

Praepositiones in compositis verbis non semper assimilatae sunt: inmensae D VI 640 inmensas G V 221 inpleuit D V 211 inplicitura D V 220 inprudens D V 338 inbelles D V 372, *sed cf.* impune U VI 739 ammittit U VI 290 ammiscet U VI 687 ammissos AU IV 674 ammouet U IV 706 annuerat UD VI 549 astrictum U IV 930 aspicienda U VI 788

Ovidium ad carmen componendum fastos adhibuisse neque sua ipsius opera materiam undique congessisse nemo est, quin persuasum habeat. Itaque Merkel in Prolegomenis editionis Reimerianae eum usum esse exemplari, quod cum fastis Maffeianis, qui vocantur, ad verbum fere consenserit, demonstrare conatus singulorum dierum signa, quae illis continentur, in editionem Teubnerianam nonnullis annis post publici iuris factam recepit. Quam Merkelii sententiam iustis causis impugnavit Winther in dissertatione Berolinensi, quam supra p. V[5] commemoravimus. Etenim neque fastos Maffeianos neque eorum similes Ovidio praesto fuisse, quicumque e. g. I 63sqq. III 429sq. (cf. Ehwald, Burs. ann. 43, 170) cum eis, quas illi praebent, notis contulerit, concedere non dubitabit. Sed Winther quoque ab Ovidio unum fontem exhaustum esse contendit, eumque fastorum librum a Verrio Flacco post 757 et ante 759 compositum; quo cum Verrius ipse usus sit in opere de verborum significatu scripto, Festum et Paulum non raro consentire cum fastis Praeneste inventis mirum non esse. Hos autem ex docto Verrii fastorum commentario excerptos esse [1]) pro certo

1) Fastos Praenestinos excerptorum loco habendos, non a Verrio ipso compositos esse contendit Mommsenus C. I. L. I[2] 285 coll. Macrob. Sat. I 10, 7 12, 14, neque contigit Henrico Willers, De Verrio Flacco glossarum interprete disput. crit., Diss. Hal. 1898, 38sqq, neque Henrico Willemsen, De Varronianae doctrinae apud fastorum scriptores vestigiis, Diss. Bonn. 1906, 32, ut Mommsenum plane refellerent; cf. etiam E. Samter, Quaest. Varron., Diss. Berol, 1891; ad Wintheri, qui Mommseni vestigia pressit, sententiam aliquatenus accessit Th. Litt., De Verri Flacci et Cornelii Labeonis fastorum libris, Diss. Bonn.

affirmare haud scio an non liceat. Neque enim habemus, quod de Suetonii testimonio (de gramm. 17 *statuam habet* (sc. Verrius Flaccus) *Praeneste in inferiore (Vatic. 1872, Leidens., superiore Neapol., Ottobon., Gud., Vatic. 1518) fori parte contra (circa Vatic. prior, Leidens., Gud., citra Hirschfeldus) hemicyclium, in quo fastos a se ordinatos et marmore parieti incisos publicarat.*) dubitemus, neque adstipulandum est Ottoni Hirschfeldo [1]) Suetonii verba ad fastos consulares, non ad Praenestinos, quos hodie legimus, referenti. Et concinit Ovidius adeo cum fastorum Praenestinorum notis, ut eorum auctorem, id est Verrium Flaccum, ab eo non raro adhibitum esse pro certo habeamus. Quem consensum Hermannus Peter ut non negavit [2]), ita alteram explicandi viam ingressus est et Ovidium et Verrium ex Varrone hausisse arbitratus. Neque vero, cum in hac sententia, quam in tertia quoque commentarii editione protulit (p. 17), persstiterit, recte fecit, quod gravissima argumenta minoris aestimavit, quibus nisus Georgius Wissowa recte demonstravit fieri non posse, quin Ovidius *„diversa diversae aetatis hemerologia inspexerit et in unum consarcinaverit."* [3]) Etenim Ovidius identidem de isdem aedibus sententias inter se discrepantes protulit, quae ut ex uno eodemque fonte fluxerint, fieri non potest. Huc accedit, quod modo cum horum modo cum illorum hemerologiorum notis consentiunt. Velut quae de Minerva in Aventino III 810sqq. dixit, in fastis Praenestinis exstant (die XIX Mart.), quae VI 728 de eadem dea scripta videmus, in fastis Esquilinis (c. post 738) et Amiternis (c. annum p. Chr. n. 20) leguntur (die XIX Iun.). Similiter res se habet V 129sqq. (fasti Venusini c. ante 738 Kal. Mai. et Esquilini) ~ VI 791 (fasti Praenestini, Vaticani, Amiterni desunt), VI 795 (fasti Venusini die XXIX Iun.) ~ II 511 (fasti Caeretani post 745 die XVII Febr. et Praenestini). Quae Wissowa acutius et rectius quam fusius singulis exemplis allatis probavit, Carolo Franke, discipulo eius, merito digna visa sunt, quae per totum carmen tractarentur. Itaque denuo magna cum sagacitate

---

1904; Über eine Quelle von Plutarchs Aetia Romana, Mus. Rhen. 59, 1904, 603sqq.; denuo autem de Mommseni coniectura dubitavit W. A. Baehrens l. l. (v. supra p. V[1]) 22. 49.

1) Herm. IX 103sqq.; cf. quae contra Hirschfeldum Vahlenus disputavit in Ind. lect. sem. hib. 1877/1878, 3sqq. = Opusc. acad. I 42sqq.; erravit etiam M. Rabenhorst, Quellenstudien zur naturalis historia des Plinius, Diss. Berol. 1905, 70. — Fortasse Ovidius ipse illius fontis mentionem facit, cum dicat VI 59sqq.: *inspice, quos habeat nemoralis Aricia fastos et populus Laurens Lanuviumque meum: est illic mensis Iunonius! inspice Tibur et Praenestinae moenia sacra deae: Iunonale leges tempus!* Quamquam ex hac adumbratione nihil certi concludi posse concedo.

2) cf. edit. exeget. I[3] 16 et Chr. Huelsenum, Varronianae doctrinae quaenam in Ovidii fastis vestigia extent, Diss. Berol. 1880.

3) Anal. Romana topographica, Progr. Hal. 1897, 15 = Gesammelte Abhandlungen zur röm. Religions- und Stadtgeschichte 271.

uberrimoque cum fructu commentationem scripsit „De Ovidii Fastorum fontibus capita tria" (Halis 1909), qua quamquam in singulis rebus velut de Concordiae templo (I 637 sqq.: versus retractationi vindicandi sunt) erravit (cf. Ehwald, Burs. ann. 167, 134), Ovidium non modo complures fastos, in quibus Verrii liber numerandus est, quorum nonnulli etiam post Verrium confecti sunt, in usum vocasse, sed etiam haud pauca ex Varronis Antiquitatibus Humanis prompsisse, alia ex Varrone petita cum Verrii notis miscuisse et coniunxisse cum demonstraverit, interpretationem aliquanto provexit. Quibus auctoribus accedunt alii, quos Franke in fine dissertationis obiter commemoravit, quae apud eum ipsum velim legas (61 sqq.). Quo autem modo Ovidius singulos auctores adhibuerit et quid ex iis mutuatus in suum carmen transsumpserit, hoc loco repetere brevitatis causa mihi non placuit, praesertim cum Ehwald in Bursiani annalibus, quae Franke collegit, breviter enumeraverit. [1])

Opere perfecto maximas gratias ago Friderico Vollmero [2]) Monacensi, qui plagularum magnam partem mecum correxit. Idem Vollmer etiam Priapei Ovidiani, quod inter fragmenta recepimus, varias scripturas iterata Poetarum Latinorum Minorum recensione (II 2, Lips. 1923) nondum publici iuris facta benigne mihi suppeditavit. Ovidi Halieuticon fragmentum post Vollmerum denuo edere supervacuum duxi et pauca additamenta in Annalibus societatis philol. Berol. typis imprimenda curavi (XXXXVIII 1922, 143 sq.). Neque etiam de Nuce carmen, quod Ovidi videtur esse, quamquam Vollmer identidem me monuit, recipere animum induxi, praesertim cum editio eius (P. L. M[2] II 2) iam tum paene ad calcem pervenisset. Collationem autem Vaticani 9991 a Vollmero (p. 6) desideratam, quam ut mihi compararem adiutore Guilelmo Sievekingio sodali nunc tandem contigit, alio loco me in lucem editurum esse spero.

Dabam Charlottenburgii a. d. VIII. Id. Sept. MCMXXIII

FRIDERICVS LEVY.

---

1) 167, 134 sq. — Maii nominis explicationum ab Ovidio oblatarum primam, qua Maius a maiestate derivatur (V 11—54), Ovidium sibi confinxisse, secundam tertiamque ex Verrio (cf. Fest. 134 M. = 120 Linds.) sumpsisse Franke iudicavit (35 sq.). Cui sententiae videtur obstare testimonium Macrobii Sat. I 12, 17: *sunt qui hunc mensem* (sc. Maium) *ad nostros fastos a Tusculanis transisse commemorent, apud quos nunc quoque uocatur deus Maius, qui est Iuppiter, a magnitudine scilicet et maiestate dictus.* Ante hanc explicationem auctore non commemorato propositam Fulvium Nobiliorem, post eam Cincium attulit.

[2) Auxilii gratias, quas vivus non iam tulit, nunc dis manibus viri, qui per totam vitam poetis Romanorum operam dedit et „militavit non sine gloria", agere cum magno dolore meo coactus sum.]

ADDENDA

ad II 389: cf. Schol. C et Ask. in Ibin 513
862: lege in app.: ades *unus*
III 377: Testimon. apud Isid. Etym. XVIII 12, 3
384: illud tuetur Vahlenus Opusc. I 366.
722: cf. Schol. C et Ask. in Ibin 607?

AD FASC. 1

p. XV lege: Puteaneus
ad Trist. I 2, 75—82: cf. Jahresber. d. Phil. Vereins zu Berlin XXXXVIII, 1922, 146 sq.
6, 19—36: ibidem 147 sq.
35 sq.: cf. inscript. Alliae Potest. 42 sq.
7, 7: cf. ibidem 40
II 296: cf. Lachm. ad Lucr. p. 199
III 10, 15: dilicuit Magnus Studien zu Ovids Metam., Progr. Berl. 1887, 9[1]
Ib. 139: cf. Jahresber. l. c. 148 sq.
Ex P. I 6, 27 sqq. ~ Tib. II 6, 20 sqq.
III 2, 45: cf. Schol. Ask. in Ib. 384
63: per aequora defendit Magnus Studien zu Ovids Metam. 24 sq.
7, 27 sq.: cf. Jahresber. l. c. 149 sq.
IV 2, 38: cf. Magnus Studien 17
10, 55: cf. Gallum apud Vibium Sequest. (Geogr. lat. min. ed. Riese) p. 148, Norden Ennius und Vergilius 24 A. Suntne obversata Ovidio de Tanai scribenti Galli verba?
12, 23 sq.: Cichorius Röm. Stud. 324 sq.
16, 5: Skutsch R. E. s. v. Domitius V 1430, Bickel Diatribe in Senecae philos. fragm. I 303 sq.
23: Cichorius Röm. Stud. 65.
ad p. VII: Codicem Bernensem 711 exstare viri docti, qui bibliothecae Bernensi praesunt, ad Rudolfum Pfeifferum Hamburgensem de codice sciscitantem scripserunt.

FASTI

CONSPECTUS CODICUM

A = cod. Vaticanus Reginae s. Petavianus 1709 saec. X; cont. I 1—V 24; cf. Chatelain, Paléogr. des Class. Lat. T. XCIX 1. Contulerunt H. Keil, Aug. Mau, Wilmanns (I 1—II 52), G. J. Laing (Americ. Journ. of Archeol. III, Norwood 1899, 212—228)

U = cod. Vaticanus 3262 s. Ursinianus saec. XI, scriptura Langobardica exaratus in Monte Casino; cf. P. de Nolhac, La bibliothèque de Fulvio Orsini, Paris 1887, 274. Contulerunt H. Keil, Stender, G. J. Laing.

D = cod. Mallersdorfiensis s. Monacensis Lat. n. 8122 saec. XII; cont. sex libros totos avolso primo folio (vv. 1—70). Contulerunt Stender, H. Peter, R. Ehwald.

I = fragmentum Ilfeldense saec. XII, ut vid.; insunt praeter singulorum versuum librorum I et II fragmenta II 568 - III 204 IV 417—814. Contulit R. Merkel, cf. Proleg. edit. Reimerianae 1841 CCLXXIII—CCLXXVI.

B = cod. Leidensis Vossianus n. 27 s. Arundelianus saec. XIII; cont. sex libros. Contulerunt Peter, Ehwald.

C = collatio Leidensis Vossiani, qui deperiit, in edit. Amstelod. 1630 bibl. Leid. Contulit Peter.

F = cod. Francofortanus M. S. Barth. 110 saec. XII exeuntis. Contulit Ehwald.

G = collatio Leidensis in Aldina 760 C_1, de qua S. G. de Vries adnotavit: 'Hanc collationem institutam a nescio quo in usum Iusti Lipsii vidit N. Heinsius in bibliotheca Constantini Huygins de Zulichem'; ideo Zulichemianus a prioribus appellatur; cf. Merkel Prol. CCLXXXV sqq. et F. Krueger, De Ovidi Fastis recensendis, Suerini 1887, 16 sqq. Contulit Ehwald; cf. B. ph. W. 1890, 1232.

H = cod. Hamburgensis, nunc Hauniensis 2010 saec. XIII; cf. Ehwald, B. ph. W. 1890, 1232.

L = cod. Leidensis 137 saec. XIII. Contulerunt Peter, Ehwald.

M = cod. Mazarinianus ab Heinsio laudatus; cf. Merkel Prol. CCLXXXI et CCLXXXV, Krueger l. l. 18 sqq.

T = cod. Treverensis saec. XIII. Contulit Loers.

V = cod. Leidensis Vossianus 123 saec. XIII. Contulit Peter.

g = cod. Gottingensis saec. XIII. Contulit Ehwald.

ς = libri recentiores lectionis vulgatae.

De codicibus Leidensibus Ehwaldius certior factus est a S. G. Owen. Etiam adnotationes, quas Otto Korn ad fastos I 1—IV 110 conscripsit, adhibitae sunt. Alii codices hic illic adhibiti nominatim suo loco afferuntur.

CONSPECTUS LIBRORUM ET NOMINUM

in adnotatione critica brevioribus notis allatorum

Alton = E. H. Alton, Ovidiana: Notes on the Fasti I—III, The Class. Rev. 32, 1918, 13—19. 58—62. 153—158.
Baehrens = E. Baehrens, Jen. Lit.-Ztg. I, 1874, 302.
Btl. = Bentley.
Dilthey = C. Dilthey, Epigrammatum Graecorum Pompeis repertorum trias, Progr. Zürich 1876.
Drechsler = F. Drechsler, Zeitschrift f. österr. Gymn. 1885, 588.
Ehw. = Ehwald
Ehw. Pr. = Ehwald, Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae, Progr. Gotha 1889. 1892.
Ehw B. = Ehwald, Kritische Beiträge zu Ovids Epistulae ex Ponto, Gotha 1896.
Ehw. Burs. = Ehwald, Bursians Jahresberichte.
Elter = A. Elter, Cremera und Porta Carmentalis, Progr. Bonn 1910.
Franke = C. Franke, De Ovidii fastorum fontibus capita III, Diss. Halle 1909.
Gilbert = G. Gilbert, Geschichte und Topographie der Stadt Rom, 1883—1890.
Gundel = G. Gundel, De stellarum appellatione et religione Romana, Gießen 1907.
Hs. = Heinsius.
Heinze = R. Heinze, Ovids elegische Erzählung, Berichte der Sächs. Ges. d. Wiss. 71 (1920).
Hilb. = I. Hilberg, Gesetze der Wortstellung im Pentameter des Ovid, Leipzig 1894.
Hoffmann = E. Hoffmann, Fleckeis. Jahrb. 1877, 396.
Housm. = Housman.
Jordan = H. Jordan, Geschichte der Stadt Rom im Altertum 1878. 1885.
Knaack = G. Knaack, Coniectanea, Progr. Stettin 1883.
Knögel = G. Knögel, De retractatione fastorum ab Ovidio Tomis instituta, Diss. Münster 1885.
Kreussler = Kreussler, Observationes in Ovidi fastos, Progr. Bautzen 1872.
Krueger = F. Krueger, De Ovidi Fastis recensendis. Diss. Rostock-Schwerin 1887; cf. Ehwald, Burs. 80, 72sqq.
Laing = G. J. Laing, The three principal manuscripts of the Fasti of Ovid, Americ. Journ. of Archeol. III, Norwood 1899, 212—228.
Leuze = O Leuze, Philol. LXIV, 1905, 95sqq. (VI 437sqq.).
Maass Erat. = E. Maass, Analecta Eratosthenica, Berlin 1883.
Maass = E. Maass, Index lect. Gryph. sem. hib. 1893, 1894.
Madv. = Madvig, Adversaria critica II 105sq.
Marchesi = Concetto Marchesi, Atene e Roma XIII, 1910, 170—178 (ad II 685—852 ~ Liv. I 53—60).
Marx = F. Marx, Molossische und bakcheische Wortformen in der Verskunst der Griechen und Römer, Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. XXXVII, 1922.

Merk. = R. Merkel.
Merk. Prol. = R. Merkel, Prolegomena editionis Reimerianae, Berlin 1841.
Münzer = F. Münzer, Cacus der Rinderdieb, Progr. zur Rektoratsfeier der Universität Basel 1911.
Nick = Nick, Philolog. Anz. XI 298sq.
Nick II = Nick, Philologus XXXI 435sqq.
Nick III = Nick, Philologus XLI 444–452.
Peter = H. Peter, Disputatio critica de P. Ovidi Nasonis fastis, Progr. Meißen 1877.
Peter II = H. Peter, Ovids Fasten erklärt, 2. Abt.[3], Leipzig 1889.
Postg(ate) = J. P. Postgate, On Ovid's fasti VI 271sq., Class. Quart. 12, 1918, 139.
Rappold = Rappold, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. XXXII, 809.
Rehm = A. Rehm, Mythographische Untersuchungen, Progr. München 1896.
Ri. = Riese.
Ritter = M. Ritter, De Varrone in narrandis urbium populorumque Italiae originibus auctore, Diss. Halle 1901.
Robert = C. Robert, Eratosthenis Catasterismorum Reliquiae, Berl. 1878.
Samter = E. Samter, Quaestiones Varronianae, Diss. Berl. 1891.
Samter II = E. Samter, Zur Textkritik von Ovids Fasten, Jahrbuch f. kl. Ph. 1895, 563–570.
Schenkl = C. Schenkl, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1860, 402.
Schmekel = A. Schmekel, De Ovidianae Pythagoreae doctrinae adumbratione, Diss. Greifswald 1885.
Schulze = E. Schulze, Alte Handzeichnung eines Reliefs mit der Darstellung eines Salierumzuges, Progr. scholae eccles. reform. Petrop. 1873.
Sofer = E. Sofer, Livius als Quelle von Ovids Fasten, Progr. Maximilians-Gymn. Wien 1505/1906.
Thomas I = E. Thomas, Das Ianiculum bei Ovid, Herm. 31, 1896, 457–464.
Thomas II = E. Thomas, De Ovidii Fastorum compositione ad Johannem Vahlenum epistula critica, Festschr. zu Vahlens 70. Geburtstag, Berl. 1900, 369–390.
Vahlen = J. Vahlen, Ind. lect. Berol. hib. 1893/1894 = Opusc. acad. II 81–105.
Vah. Her. = J. Vahlen, Über die Anfänge der Heroiden des Ovid, Abhandl. d. Berl. Ak. d. Wiss. 1886 = Ges. philol. Schr. II 72–107.
Wichers = F. Wichers, Quaestiones Ovidianae, Diss. Göttingen 1917.
Winther = H. Winther, De fastis Verrii Flacci ab Ovidio adhibitis, Diss. Berl. 1885.
Wiss(owa) I = G. Wissowa, Religion und Kultus der Römer[2], München 1912.
Wiss(owa) II[1]) = G. Wissowa, Gesammelte Abhandlungen zur römischen Religions- und Stadtgeschichte, München 1904.
Wünsch = R. Wünsch, Zu Ovids Fasten Buch I und II, Rhein. Mus. 56, 1901, 392–403.
Zeller = E. Zeller, Vorträge und Abhandlungen II 136sqq. (fast. VI 657sqq.).
Zielinski = Th. Zielinski, Philol. LX, 68sq.

---

1) [adde: Wissowa, Bruchstücke des römischen Festkalenders; Herm. 58, 1923, 369–392]

FASTORVM LIBRI

AD GERMANICVM CAESAREM

LIBER PRIMVS

〈PROOEMIVM〉

Tempora cum causis Latium digesta per annum
lapsaque sub terras ortaque signa canam.
* excipe pacato, Caesar Germanice, voltu
hoc opus et timidae derige navis iter
officioque levem non aversatus honorem
en tibi devoto numine dexter ades!
sacra recognosces annalibus eruta priscis
et quo sit merito quaeque notata dies;
invenies illic et festa domestica vobis,
saepe tibi pater est, saepe legendus avos,
quaeque ferunt illi pictos signantia fastos,
tu quoque cum Druso praemia fratre feres:
Caesaris arma canant alii, nos Caesaris aras
et, quoscumque sacris addidit ille dies.
adnue conanti per laudes ire tuorum
deque meo pavidos excute corde metus!
da mihi te placidum: dederis in carmina viris,
ingenium voltu statque caditque tuo.
pagina iudicium docti subitura movetur

1—26 cf. II 3—18 *(Thomas II 369 sqq., Ehw. Burs. 109, 183)* 1. 2. 7 cf. IV 11. 12

P. OVIDII NASONIS FASTORṼ INCIPIT LIBER PRIMVS A Fastorum liber primus U 1 latum U 3 uultu AU (u *corr. in* o A, *qui fere ubique scr.* uoltus — *sed* uultus *e. g. 18* — uolnus, uolgus, uolt) 3—26 *asteriscum appos. versibus retract. Ehw.* 4 derigę *Vollmer* dirige *codd.* 5 officiique U aduersatus Uς 6 en (= Uς) *corr.*^{2} *in* hui^{c} A *cf. Wünsch 394* munere U 11 festos . . fastus U 13 aram U^{3} *Scal.* 17 derisque ς carmine Bς uires A^{2} 19sq. *cf. Ehw. Pr. 1892, 9*

principis ut Clario missa legenda deo:
quae sit enim culti facundia sensimus oris,
civica pro trepidis cum tulit arma reis,
scimus et, ad nostras cum se tulit impetus artes,
ingenii currant flumina quanta tui.
si licet et fas est, vates rege vatis habenas,
auspice te felix totus ut annus eat. *

Varro Tempora digereret cum conditor Vrbis, in anno
constituit menses quinque bis esse suo:
scilicet arma magis quam sidera, Romule, noras,
curaque finitimos vincere maior erat;
est tamen et ratio, Caesar, quae moverit illum,
erroremque suom quo tueatur, habet:
quod satis est, utero matris dum prodeat infans,
hoc anno statuit temporis esse satis;
per totidem menses a funere coniugis uxor
sustinet in vidua tristia signa domo;
haec igitur vidit trabeati cura Quirini,
cum rudibus populis annua iura daret.
Varro Martis erat primus mensis Venerisque secundus:
haec generis princeps, ipsius ille pater;
tertius a senibus, iuvenum de nomine quartus,
quae sequitur, numero turba notata fuit;
Varro at Numa nec Ianum nec avitas praeterit umbras
mensibus antiquis praeposuitque duos.
Varro ne tamen ignores variorum iura dierum —
non habet officii Lucifer omnis idem —:

27 sqq. cf. III 121 sqq.

22 reis m^3 *i. r.* U 23 te *unus* ς^2 *Ri.* 25 scilicet A^1U vates, *Maaß, sed cf. P. IV 8, 67* 26 *sic* $U^1\varsigma$ *Ri. cf. IV 830 Maaß 14 Wünsch 395* auxiliante m^3 U aspici(to^2) et A auspicio ς *ex hoc versu Tib. II 5, 82 cod. Guelferbyt. aliique codd.* (eat *pro* erit) *interpolati vid. esse* 27—62 *cf. Thomas II 383 sqq., sed cf. Ehw. Burs. 109, 183 sq.* 27 annum Uς 28 suos U
32 $\overset{o}{q}$; U qu(o *i. r.*) A (*ex* qua?) 37 hoc ς 40 *cf. P. I 1, 36* 43 abitas U^1 44 apposuitque ς addidit ille *pauci* 45 dierum *i. r.*^{2} A 46 officium Uς

ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
fastus erit, per quem lege licebit agi;
nec toto perstare die sua iura putaris:
qui iam fastus erit, mane nefastus erat,
nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,
verbaque honoratus libera praetor habet.
est quoque, quo populum ius est includere saeptis;
est quoque, qui nono semper ab orbe redit.
vindicat Ausonias Iunonis cura kalendas,
idibus alba Iovi grandior agna cadit;
nonarum tutela deo caret: omnibus istis —
ne fallare, cave! — proximus ater erit.
omen ab eventu est; illis nam Roma diebus
damna sub averso tristia Marte tulit.
haec mihi dicta semel totis haerentia fastis,
ne seriem rerum scindere cogar, erunt.

(1) A. K. IAN. F.

* Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum,
inque meo primum carmine Ianus adest. Verrius
Iane biceps, anni tacite labentis origo,
solus de superis qui tua terga vides,
dexter ades ducibus, quorum secura labore
otia terra ferax, otia pontus habet!
dexter ades patribusque tuis populoque Quirini
et resera nutu candida templa tuo! *
prospera lux oritur: linguis animisque favete!

---

48 quem .. licebit, *i. m.* iure ł lege A^1 49 neu ς totos *Baehr. Ehw.* toti *Kreußler* perstare U ς prestare *sed* pre *corr. in* p'| A praestare ς *sed cf. fast. III 137;* die(s *eras.*) A 50 manefastus A, *corr.*^{2} 51 num A, *corr.*^{2} 54 nono *sc. die* 55 uendicat: e *ex corr.*^{2} A 56 iuui A^1 cadet U 58f. dies U a(l *eras.*)ter A 60 aduerso U 61 michi *(sem-per)* U 62 condere *m*^{2} U *Notae singulis diebus adscr. sunt Mommseni C. I. L. I*^{2} *290 sqq.* 64 primus ς 67 dextera des dulcib; A, *corr.*^{2} 68 terga *m*^{1}, *corr.*^{2} A agit ς 70 can-dida templa *non recte explic. Peter, cf. tr. III 1, 60 et Hosius, Ph. W. 1922, 819* 71 *inc.* D postera U linguisque U; *cf. Norden, Agn. Theos 148*^{2}

nunc dicenda bona sunt bona verba die.
lite vacent aures, insanaque protinus absint
iurgia! differ opus, livida turba, tuum!
cernis, odoratis ut luceat ignibus aether,
et sonet accensis spica Cilissa focis?
flamma nitore suo templorum verberat aurum
et tremulum summa spargit in aede iubar.
vestibus intactis Tarpeias itur in arces,
et populus festo concolor ipse suo est,
iamque novi praeeunt fasces, nova purpura fulget,
et nova conspicuom pondera sentit ebur.
colla rudes operum praebent ferienda iuvenci,
quos aluit campis herba Falisca suis:
Iuppiter arce sua totum cum spectat in orbem,
nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.
salve, laeta dies, meliorque revertere semper
a populo rerum digna potente coli!
89—288 Hyginus? quem tamen esse deum te dicam, Iane biformis?
nam tibi par nullum Graecia numen habet.
ede simul causam, cur de caelestibus unus,
sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides?
haec ego cum sumptis agitarem mente tabellis,
lucidior visa est, quam fuit ante, domus;
tunc sacer ancipiti mirandus imagine Ianus
bina repens oculis obtulit ora meis:
extimui sensique metu riguisse capillos,
et gelidum subito frigore pectus erat.
ille tenens baculum dextra clavemque sinistra
edidit hos nobis ore priore sonos:

---

84 = am. III 13, 14 P. IV 4, 32

---

72 bono D 74 lingua U 75 adoratis m^1 A, *corr.*^{2} 76 falisca D fo(cis *i. r.*) A 78 romulum m^1 A, *corr.*^{2} 79 ituri m^1 A, *corr.*^{2} 83 securi AD *cf. IV 415* 85 arte A^1 spectat D conspectet A spectet U 85. 86 *traditum ordinem versuum def. Vah. 4 sq.; nil igitur transponendum est* 87 festa D 90 n(o *eras.*)men A 93 e(r *eras.*)go U 95 tum U 96 repente U 97 obstupui U 99 dextra baculum Uς

'disce metu posito, vates operose dierum,
  quod petis, et voces percipe mente meas.
me Chaos antiqui — nam sum res prisca — vocabant: 103—140 Verrius
  adspice, quam longi temporis acta canam. Hyginus?
lucidus hic aer et quae tria corpora restant,
  ignis, aquae, tellus, unus acervus erat;
ut semel haec rerum secessit lite suarum
  inque novas abiit massa soluta domos,
flamma petit altum, propior locus aera cepit,
  sederunt medio terra fretumque solo,
tunc ego, qui fueram globus et sine imagine moles,
  in faciem redii dignaque membra deo;
nunc quoque, confusae quondam nota parva figurae,
  ante quod est in me postque, videtur idem.
accipe, quaesitae quae causa sit altera formae,
  hanc simul ut noris officiumque meum.
quidquid ubique vides, caelum, mare, nubila, terras,
  omnia sunt nostra clausa patentque manu;
me penes est unum vasti custodia mundi,
  et ius vertendi cardinis omne meum est.
cum libuit Pacem placidis emittere tectis,
  libera perpetuas ambulat illa vias;
sanguine letifero totus miscebitur orbis,
  ni teneant rigidae condita Bella serae.
praesideo foribus caeli cum mitibus Horis:
  it, redit officio Iuppiter ipse meo.
inde vocor Ianus, cui cum Ceriale sacerdos
  inponit libum farraque mixta sale,

---

101 cf. III 177 105 sqq. cf. met. I 5 sqq.

---

101 Dif& A 102 p/cipe A 103 $^{c^2}$ṭhaos A 106 aqu(a^2) A aquae ς aqua et UDς erant UDς 109 altum fl. pet. D coelum U^3 proprior A 110 medio ‖ terra U loco U^3 112 membraque digna ς 113 qm̄ Aς 114 idem est Uς id(em^2) A 115 quę sit eo quę A, *corr.*^{3} 121 omittere U^1 dictis *(corr.)* D 122 continuas *ssc.*^{2} D per tutas U^2 per totas ς ista, ipsa ς 123 luctifero *Zielinski, sed cf. Ehw. Burs. 109, 243 et rem. 26* 125 celi foribus D 126 Et AUς 127 ceriale A, *sed cf. tr. III 12, 11* 128 librum A^1, *corr.*^{2} mixtoque m^1 mixtaque m^2 U

nomina ridebis: modo namque Patulcius idem
  et modo sacrifico Clusius ore vocor;
scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
  nomine diversas significare vices.
vis mea narrata est, causam nunc disce figurae:
  iam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.
omnis habet geminas, hinc atque hinc, ianua frontis,
  e quibus haec populum spectat, at illa larem,
utque sedens primi vester prope limina tecti
  ianitor egressus introitusque videt,
sic ego perspicio caelestis ianitor aulae
  Eoas partes Hesperiasque simul.
ora vides Hecates in tres vertentia partes,
  servet ut in ternas compita secta vias,
et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,
  cernere non moto corpore bina licet.'
dixerat et voltu, si plura requirere vellem,
  difficilem mihi se non fore pactus erat;
sumpsi animum gratesque deo non territus egi
  verbaque sum spectans pauca locutus humum:
'dic, age, frigoribus quare novos incipit annus,
  qui melius per ver incipiendus erat?
*? omnia tunc florent, tunc est nova temporis aetas,
  et nova de gravido palmite gemma tumet,
et modo formatis operitur frondibus arbor,
  prodit et in summum seminis herba solum,
et tepidum volucres concentibus aera mulcent,
  ludit et in pratis luxuriatque pecus.
tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo
  et luteum celsa sub trabe figit opus,

151—154 cf. III 237—242

---

131 ęterno m^{1} A ęterna^{2} ualuit A^{1} 132 diuersa m^{1} A diuerso^{2} uides A^{1}, *corr.*^{2} 135 ia|nua A frontes U 137 (utque se *l. r.*)dens A uester primi ς 139 prospicio ς 140 partes |||| h. A 141 uergentia Uς 143 fexu A 146 fassus Uς 147 animam *(corr.)* A grates celo m^{1} U, *corr.*^{2} 148 suspectans AU^{1} pauca *explic. Wünsch 395 sqq.* 153 amicitur ς uitibus ς arbos U 157 tunc U 158 figit m^{2} A

tum patitur cultus ager et renovatur aratro.
haec anni novitas iure vocanda fuit.' *?
quaesieram *? multis *?, non multis ille moratus
contulit in versus sic sua verba duos:
'bruma novi prima est veterisque novissima solis:
principium capiunt Phoebus et annus idem.'
post ea mirabar, cur non sine litibus esset
prima dies: 'causam percipe!' Ianus ait.
'tempora commisi nascentia rebus agendis,
totus ab auspicio ne foret annus iners.
quisque suas artes ob idem delibat agendo,
nec plus quam solitum testificatur opus.'
mox ego, 'cur, quamvis aliorum numina placem, Hyginus?
Iane, tibi primum tura merumque fero?'
'ut possis aditum per me, qui limina servo,
ad quoscumque voles' inquit 'habere deos.'
'at cur laeta tuis dicuntur verba kalendis,
et damus alternas accipimusque preces?'
tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,
'omina principiis' inquit 'inesse solent.
ad primam vocem timidas advertitis aures,
et visam primum consulit augur avem;
templa patent auresque deum, nec lingua caducas
concipit ulla preces, dictaque pondus habent.'
desierat Ianus, nec longa silentia feci,
sed tetigi verbis ultima verba meis:
'quid volt palma sibi rugosaque carica' dixi
'et data sub niveo condita mella cado?'

---

159 tunc U patietur *(corr.)* A renouator U 160 h(aec m^2) A anno A 163 noui||¦||ma: *i. r.*^{3} ppri A 164 iddem U 165 p. haec *(Ms. Dr. Meadi)* scitabar *Btl.* 166 principe m^1 A 167 commi|si(s *eras.*) A 168 ut ausp. *i. r.* A 169 ibidem AU^1 170 ne A 171 qua uis A 172 iane: *ssc.*^{3} s. (= scilicet) o U primo U 174 uelim prorsus U^3 176 expetimusque D 177 quē *corr. in* qua A tenebat U 179 primum *(corr.)* A 180 primo U 183 fecit A^1U^3 185 uult A^3 rugosatq; caric|| A rugosa|que U cortice U^3 186 luteo *Zielinski, sed cf. Ehw. Burs. 80, 103* candida DBς fauo Bς *(ex met. VIII 677?)*

'omen' ait 'causa est, ut res sapor ille sequatur
  et peragat coeptum dulcis ut annus iter.'
'dulcia cur dentur, video; stipis adice causam,
  pars mihi de festo ne labet ulla tuo.'
risit et 'o quam te fallunt tua saecula,' dixit
  'qui stipe mel sumpta dulcius esse putas!
vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
  cuius non animo dulcia lucra forent;
tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:
  vix ultra, quo iam progrediatur, habet.
pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis,
  dum populus pauper, dum nova Roma fuit.
dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
  et dabat exiguum fluminis ulva torum,
Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,
  inque Iovis dextra fictile fulmen erat;
frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,
  pascebatque suas ipse senator oves:
nec pudor in stipula placidam cepisse quietem
  et faenum capiti subposuisse fuit:
iura dabat populis posito modo praetor aratro,
  et levis argenti lammina crimen erat.
at postquam fortuna loci caput extulit huius,
  et tetigit summo vertice Roma deos,

---

195 cf. met. I 131; *initium versus forte congruit cum* met. IV 60   199 cf. III 184   204 cf. III 780 sqq.

---

190 labat UB   192 putes U   193 uidebant *(corr.)* A *ante* uid. *ras.* U   196 quo(n *extinct.*)iam A   199 causa U[1]   198 *et* 200 *interp. Vah. 23*   201 augusta A exigua D *(cf. Tib. I 10, 20)* totus uix U *prob. Marx 215 sq. coll. Luc. VII 648, sed* vix totus *unius vocis vim vid. habere*   202 lumen *i. m.* als fulmen U   203 capitalia A   205. 206 *del. Pet., p. 200 pos. Bähr.* (206 suo *pro* fuit = *Btl.*); *203. 208. 207. 204—206. 209 pos. Vah. 21 sqq., sed 205. 206 et 208 et ad senatorem et ad praetorem referendi sunt, quare illi inter eos collocati sunt, hic ad utrumque respicit neque cum 203 coniungendus est; cf. quae exposui annal. soc. philol. Berol. 1922, 144 sqq.*   206 nec ς   207 pos. populis D consul U *(III 781), corr.*[2] *i. m.*   210 summos ς

creverunt et opes et opum furiosa cupido,
et, cum possideant plurima, plura petunt.
quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant,
atque ipsae vitiis sunt alimenta vices:
sic, quibus intumuit suffusa venter ab unda,
quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae;
in pretio pretium nunc est, dat census honores,
census amicitias; pauper ubique iacet.
tu tamen auspicium si sit stipis utile, quaeris,
curque iuvent vestras aera vetusta manus?
aera dabant olim, melius nunc omen in auro est,
victaque concessit prisca moneta novae;
* nos quoque templa iuvant, quamvis antiqua probemus,
aurea: maiestas convenit ipsa deo.
laudamus veteres, sed nostris utimur annis,
mos tamen est aeque dignus uterque coli.' *
finierat monitus; placidis ita rursus ut ante
clavigerum verbis adloquor ipse deum:
'multa quidem didici: sed cur navalis in aere
altera signata est, altera forma biceps?'
'noscere me duplici posses ut imagine,' dixit
'ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
causa ratis superest: Tuscum rate venit in amnem
ante pererrato falcifer orbe deus;
hac ego Saturnum memini tellure receptum:

---

217 cf. am. III 8, 55, Latro apud Sen. Contr. II 1, 17
233 sq. Lact. Div. Inst. I 13, 6   236 cf. III 796

---

211 *prius* et *om.* A   212 petent A, *corr.*[3] uolunt U   216 p||s A, *corr.*[3] *in* plu[S]   217 d|t A (a[3] *suprascr.*)   218 unique D   219. 220 *om.* A, *add.*[2] *i. m.*   219 cur sit ς   220 nostras U[3]   221 nomen U auras U[2]   222 concedit U   224 ista UB   226 aque A   227 finierat, monitus *interp. Hoffmann*; *sed cf. met. II 103 et fast. III 167* pavidis *Pet.* properis *Nick, Bähr.*   228 clavigerum *cf. Münzer* 67[84] deam A, *corr.*[2]   231 in im. U[1]B in *del.* U[2] ii im. DL sub *Harl. Madv., sed cf. Thomas I 457*[1]   232 si *Hoffm. prob. Vollmer* ne ς exte(r *eras.*)nuasset A extenuaret B   233 ad UD *Lact.*

caelitibus regnis a Iove pulsus erat;
inde diu genti mansit Saturnia nomen,
dicta quoque est Latium terra latente deo.
at bona posteritas puppem formavit in aere
hospitis adventum testificata dei.
ipse solum colui, cuius placidissima laevom
radit harenosi Thybridis unda latus.
hic, ubi nunc Roma est, incaedua silva virebat,
tantaque res paucis pascua bubus erat;
arx mea collis erat, quem volgus nomine nostro
nuncupat, haec aetas Ianiculumque vocat.
tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
esset et humanis numina mixta locis;
nondum Iustitiam facinus mortale fugarat:
ultima de superis illa reliquit humum,
proque metu populum sine vi pudor ipse regebat:
nullus erat iustis reddere iura labor.
nil mihi cum bello, pacem postesque tuebar
et' clavem ostendens 'haec' ait 'arma gero.'
presserat ora deus, tunc sic ego nostra resolvi
voce mea voces eliciente dei:
'cum tot sint Iani, cur stas sacratus in uno,
hic ubi iuncta foris templa duobus habes?'
ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,
protinus Oebalii rettulit arma Tati,

---

239 sq. Lact. I 13, 7 243 cf. V 93 sq. 639 sqq. 249 sq. cf. met. I 150 261 sqq. ∾ met. XIV 772 sqq., *cf. Franke 62 sq. Wichers 61 sq. Heinze 35 sqq.*

---

236 ab UG 239 puppim U seruauit *i. m.* U[2] 240 dies *(corr.)* A 241 cului A coluit U 243 hic *corr. ex ?* A nūc *ssc.*[2] A incaedua *i. m.* ał tunc ardua U tunc ardua AD, *sed cf II 435 am. III 1, 1 Cato de ag. c. I 6; Plin. ep. V 6, 8; vix recte Krüg. 21* 243. 244 *p. 246 pos. Pet., a. 241 C. Schenkl, cf. Thomas I 460* 245 *sic* U ara mea est colli ADς, *def. Thom. I 461 sqq., sed cf. Ehw. B. ph. W. 1890, 1234 et Burs. 109, 261 sq.* quem cultrix ς 246 *interp. Ehw.* 247 tunc g̊ ego D 249 necdum D figurat: u *ex* i *m*[2] A 250 humum: *v. l.* opus U 251 gerebat A[1], *corr.*[2] 255 resoluo A[1], *corr.*[2] 257 stat A[1], *corr.*[2] 260 retulit A (t *i. r.*[2])ati A tati *corr. in* tatii U taci D

utque levis custos armillis capta Sabinos
ad summae tacitos duxerit arcis iter.
'inde, velut nunc est, per quem descenditis,' inquit
'arduos in valles per fora clivos erat:
et iam contigerat portam, Saturnia cuius
dempserat oppositas invidiosa seras,
cum tanto veritus committere numine pugnam
ipse meae movi callidus artis opus
oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi
sumque repentinas eiaculatus aquas,
ante tamen madidis subieci sulpura venis,
clauderet ut Tatio fervidus humor iter,
cuius ut utilitas pulsis percepta Sabinis,
quae fuerat, tuto reddita forma loco est.
ara mihi posita est parvo coniuncta sacello:
haec adolet flammis cum strue farra suis.'
'at cur pace lates motisque recluderis armis?'
nec mora, quaesiti reddita causa mihi est:
'ut populo reditus pateant ad bella profecto,
tota patet dempta ianua nostra sera.
pace fores obdo, ne qua discedere possit;
Caesareoque diu numine clusus ero.'
* dixit et attollens oculos diversa videntes,
adspexit toto quidquid in orbe fuit:
pax erat, et vestri, Germanice, causa triumphi,
tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
Iane, fac aeternos pacem pacisque ministros,
neve suom praesta deserat auctor opus. *
quod tamen ex ipsis licuit mihi discere fastis,
sacravere patres hac duo templa die:

---

261 Sabinis ς 262 tacıum D 263 i||nde A 264 per A, *sed cf. Pet. II 15,* et *i. r. in qua* p U *(cf. Merk, praef. p. XXXIV)* ad BC cliuus: u *ex* i, e, o? A 265 contigerant *Bavaric.* 266 appositas ς insidiosa DB 268 noui: *post* i *ras.* A opem ς 270 et iac. A 272 latio A, *corr.*[2] 273 comperta D 276 hāc D 277 a||t U 279 pat. red. D 282 que *ssc.*[2] U nomine UBς clausus A[2]U 283 sqq. *cf. Vah. 5 sq.* 283 tuentes ς 287 iam nefas A[1], *corr.*[2] magistros U, *corr.*[2] *i. m.* 289 tibi U dicere A[1], *corr.*[2], U 290 hac A[2] *i. r.*

accepit Phoebo nymphaque Coronide natum
  insula, dividua quam premit amnis aqua;
Iuppiter in parte est: cepit locus unus utrumque
  iunctaque sunt magno templa nepotis avo.

(2) B IIII NON. IAN. F. (3) C III NON. IAN. C.
(4) D PR. NON. IAN. C.

Quis vetat et stellas, ut quaeque oriturque caditque,
  dicere? promissi pars sit et ipsa mei.
*? felices animae, quibus haec cognoscere primis
  inque domus superas scandere cura fuit!
credibile est illos pariter vitiisque locisque
  altius humanis exeruisse caput;
non Venus et vinum sublimia pectora fregit
  officiumque fori militiaeve labor,
nec levis ambitio perfusaque gloria fuco
  magnarumque fames sollicitavit opum;
admovere oculis distantia sidera nostris
  aetheraque ingenio subposuere suo.
sic petitur caelum, non ut ferat Ossan Olympus,
  summaque Peliacus sidera tangat apex;
nos quoque sub ducibus caelum metabimur illis
  ponemusque suos ad vaga signa dies. *?
ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis
  sparsaque caelesti rore madebit humus,
octipedis frustra quaeruntur bracchia Cancri:
  praeceps occiduas ille subibit aquas;

---

300 = Consol. ad Liv. 46

---

291 natū: tū *corr.* tus, s *postea del.* A *i. m.* A: erat lapsus 293 utrimque A *corr.*[1] *cf. Wiss. II 275* 295 quid Uς 296 discere U[2] et ista U fuit ista DTς 297 sqq. *retractationi deberi recte negavit Thomas II 379 sqq.* 297 animos Bς primum D 298 domus D dom|tis: *eras.* i A domos Uς 299 illas U uicibusque D iocisque A, *cf. ad 396* 300 humat/s A[1], *corr.*[2] 301 aut D 302 *alterum* ue *m*[2] U 304 ue U fomes: o *in* a *m*[3] A furor ł fames *m. rec.* D 306 ingenio: *cf. Boll, Vita contemplat. 34 et Annal. soc. philol. Berol. 1921, 7*[4] 308 summaque UD imaque A ipsaque *Merk.* 309 meditabimur *(corr.)* D 311 aberit *Kaestner* 313 quaerentur Uς 314 praecipue A subiuit D

institerint Nonae, missi tibi nubibus atris
signa dabunt imbres exoriente Lyra.

(5) E NON. IAN. F. (6) F VIII ID. IAN. F. (7) G VII ID. IAN. C.
(8) H VI ID. IAN. C. (9) A V ID. IAN. AGON.

Quattuor adde dies ductos ex ordine Nonis,
Ianus Agonali luce piandus erit.
nominis esse potest succinctus causa minister, Varro
hostia caelitibus quo feriente cadit,
qui calido strictos tincturus sanguine cultros
semper 'agone?' rogat nec nisi iussus agit;
pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu Auctor?
nomen Agonalem credit habere diem;
pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum, Auctor?
una sit ut proprio littera dempta loco.
329 fas etiam fieri solitis aetate priorum Auctor?
330 nomina de ludis Graeca tulisse diem;
327 an, quia praevisos in aqua timet hostia cultros, Auctor?
328 a pecoris lux est ipsa notata metu?
331 et pecus antiquos dicebat Agonia sermo, Verrius
veraque iudicio est ultima causa meo,
utque ea non certa est, ita rex placare sacrorum
numina lanigerae coniuge debet ovis.
victima, quae dextra cecidit victrice, vocatur,
hostibus a domitis hostia nomen habet.

---

327 cf. met. XV 134sq.

---

315 nonae] imbres missi de nubibus D nonae nisi sit ibi (tibi U[1]) nubibus atris AU nubilus aęr U[3] 316 nonae signa dabunt D libra U[2], *recte*[1] 317 ductos Bς dictos A dictis U ductis ς 319 potes *unus* ς 322 agone ς agatne AUD rogas A[1]U[1], *corr.*[2] rogans *Ehw.* agat Aς agis *Richter* 323. 326. 325. 324 *pos.* A 326. 323. 324 ς 323—326 *p.* 330 *Kreußler; p.* 324 *pos.* 331sq., 327sq. *p.* 322 *Schr.* 325 agonalia: o *eras.* AU 326 ut] a U 328 pec|oris: t *del.* A ista U[1], *corr.*[2] 329sq. *pos. a.* 327sq. *Ri. Vollmer* 329 pars ς 330 grata ς, *unde* Graia *Hs.* 331 Nam *Kreußler, cf. ad 323* pecus] prius A antiquis A, *corr.*[3] Agonia: *de forma cf. Wiss. I 29. 103 II 169*[1] 332 est *om.* A 333 non A nunc UD 335 cecidit dextra Uς, *cf. Krüg. 21* 336 amotis, *i. m.*[2] a uictis U

ante, deos homini quod conciliare valeret,
far erat et puri lucida mica salis;
nondum pertulerat lacrimatas cortice murras
acta per aequoreas hospita navis aquas,
tura nec Euphrates nec miserat India costum,
nec fuerant rubri cognita fila croci.
ara dabat fumos herbis contenta Sabinis
et non exiguo laurus adusta sono;
si quis erat, factis prati de flore coronis
qui posset violas addere, dives erat;
hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,
in sacris nullum culter habebat opus.
prima Ceres avidae gavisa est sanguine porcae,
ulta suas merita caede nocentis opes:
nam sata vere novo teneris lactentia sulcis
eruta saetigerae comperit ore suis.
sus dederat poenas: exemplo territus huius
palmite debueras abstinuisse, caper!
quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
talia non tacito dicta dolore dedit:
'rode, caper, vitem! tamen hinc, cum stabis ad aram,
in tua quod spargi cornua possit, erit.'
verba fides sequitur: noxae tibi deditus hostis
spargitur adfuso cornua, Bacche, mero.
culpa sui nocuit, nocuit quoque culpa capellae:
quid bos, quid placidae commeruistis oves?

---

339 Diomed. Ars Gramm. I 381 sq. K 349 sqq. cf. met. XV 111 sqq. 351 cf. met. XV 201 353 sqq. Leonid. Tarent. ep. 61 Geffcken; Euenos A. P. IX 75; *cf. Dilthey 14 sqq., Robert* 7^{10}, *Knaack, Coniect. 8* 361 sq. met. XV 115 sq.

---

338 fas A 339 lacrimatus A, *corr.*^{3} mirras U^2 342 rubri Uς nibiri A Cilicis *Krüg. 21 sq., sed cf. V 318 (Pet.)* 343 contexta habenis D^2 347 hi(c *i. r.*^{2}) A |aperit (*eras.* s) percussit A 350 merito A 351 latentia A sucis U^1ς, succis (sulcis = A D *Laing*) U^2, *cf. Krüg. 12 sq.* 356 tali A 357 hic AU^1, *corr.*^{2} 359 noxa U, mox est D 361 sua A 362 q|đ A

flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas
viderat inceptos destituisse favos;
caerula quem genetrix aegre solata dolorem
addidit haec dictis ultima verba suis:
'siste, puer, lacrimas! Proteus tua damna levabit,
quoque modo repares, quae periere, dabit;
decipiat ne te versis tamen ille figuris,
inpediant geminas vincula firma manus.'
pervenit ad vatem iuvenis resolutaque somno
alligat aequorei bracchia capta senis;
ille sua faciem transformis adulterat arte:
mox domitus vinclis in sua membra redit
oraque caerulea tollens rorantia barba,
'qua' dixit 'repares arte, requiris, apes?
obrue mactati corpus tellure iuvenci:
quod petis a nobis, obrutus ille dabit.'
iussa facit pastor; fervent examina putri
de bove: mille animas una necata dedit.
poscit ovem fatum: verbenas inproba carpsit,
quas pia dis ruris ferre solebat anus.
quid tuti superest, animam cum ponat in aris
lanigerumque pecus ruricolaeque boves?
placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
ne detur celeri victima tarda deo.
quod semel est geminae pro virgine caesa Dianae,
nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.
* exta canum vidi Triviae libare Sapaeos,
et quicumque tuas accolit, Haeme, nives. *

363sqq. Verg. Georg. IV 281sqq., met. XV 364sq. 383sq. cf. met. XV 122sqq.

---

365 genitrix AU |solu(*in* a m^3)ta dolorem A dolentem A^2U ς 371 que *add.* A^3 373 suam AU transformat *vel* transmutat et alterat ς 379 putri/ A 380 mactata U^2 381 pascit A^2 ou(is prato *i. r.*[3]) A pascit ouis pratum DB ς 383 toti U^2 cōponat A 385 equs U^3 387 q(uę *i. r.*[2]) A gemina U, *unde* geminae *Ehw. Burs. 109, 216* triplicis pro *i. r.* A^2 triplici ς, *cf. Carm. Epigr. 1529 B 3 B.* 389sq. *cf. (Schmekel cap. II et) Ehw. Burs. 43, 166* 389 t(ri *i. r.*[3])bię uidi U

caeditur et rigido custodi ruris asellus;
  causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.
festa corymbiferi celebrabas, Graecia, Bacchi,
  tertia quae solito tempore bruma refert;
di quoque cultores in idem venere Lyaei
  et quicumque iocis non alienus erat,
Panes et in Venerem Satyrorum prona iuventus
  quaeque colunt amnes solaque rura deae;
venerat et senior pando Silenus asello,
  quique ruber pavidas inguine terret aves;
dulcia qui dignum nemus in convivia nacti
  gramine vestitis accubuere toris:
vina dabat Liber, tulerat sibi quisque coronam,
  miscendas large rivos agebat aquas.
Naides effusis aliae sine pectinis usu,
  pars aderant positis arte manuque comis;
illa super suras tunicam collecta ministrat,
  altera dissuto pectus aperta sinu;
exerit haec umerum, vestem trahit illa per herbas,
  inpediunt teneros vincula nulla pedes.
hinc aliae Satyris incendia mitia praebent,
  pars tibi, qui pinu tempora nexa geris,
te quoque, inextinctae Silene libidinis, urunt:
  nequitia est, quae te non sinit esse senem.
at ruber, hortorum decus et tutela, Priapus
  omnibus ex illis Lotide captus erat:
hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa,

---

395 sq. Lact. Div. Inst. I 21, 30   413 sq. cf. met. XIV 637 sqq. 416 sqq. cf. 6, 319 et met. IX 347

---

391 sqq. *cf. Nick II 435 sqq.*   392 quidem: ē *ssc.*[2] A huic. deos 393 racemiferi U[1], *corr.*[2] *i. m.* celebrabat U   395 liei *ssc.* ycei A in idem: „*sc. festum? an* initum *(sup.) sc. festa?*“ *Vollmer* 396 locis A, *cf. ad 299* |||| mero (locis *ssc.*[3]) non (iocis *Laing; ci. J. Dousa*) U loci ς ioci *Hs., sed cf. e. g. trist. IV 3, 67* erit (*ssc.* at) A   397 pane sed A, *corr.*[2]   398 sola: q. *ssc.*[3] A   400 *sic* U rubẹr(o[3]) auidas A quiq, rubro pauidas i. t. a. *m. rec. in* A rubro ς qui rubroque auidas D ς   402 gramina A   403 una, *ssc.*[2] i A   404 parce ς   407 tunica collecta A[1], tunicā collectā A[2] 409 uestes A ς   413 urgent U B ς   415 deus B ς   417 solā. illā A[2] ς

signaque dat nutu sollicitatque notis.
fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam:
inrisum voltu despicit illa suo.
nox erat, et vino somnum faciente iacebant
corpora diversis victa sopore locis;
Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis,
sicut erat lusu fessa, quievit humo.
surgit amans animamque tenens vestigia furtim
suspenso digitis fert taciturna gradu;
ut tetigit niveae secreta cubilia nymphae,
ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet
et iam finitima corpus librabat in herba,
illa tamen multi plena soporis erat.
gaudet et a pedibus tracto velamine vota
ad sua felici coeperat ire via:
ecce, rudens rauco Sileni vector asellus
intempestivos edidit ore sonos!
territa consurgit nymphe manibusque Priapum
reicit et fugiens concitat omne nemus;
at deus obscena nimium quoque parte paratus
omnibus ad lunae lumina risus erat.
morte dedit poenas auctor clamoris, et haec est
Hellespontiaco victima grata deo. —
intactae fueratis aves, solacia ruris,
adsuetum silvis innocuomque genus,
quae facitis nidos et plumis ova fovetis
et facili dulces editis ore modos;
sed nil ista iuvant, quia linguae crimen habetis,
dique putant mentes vos aperire suas.
nec tamen hoc falsum: nam, dis ut proxima quaeque,
nunc penna veras, nunc datis ore notas;

441. 449 cf. met. XV 99. 467 445 met. II 540

418 solidat A[1], *corr.*[3] 420 uiduo U 422 iacta U 423 aceruis A[1], *corr.*[2] 430 saporis U[1], *corr.*[2] 431 uola A, *corr.*[3] 435 consurgens U 436 genus U 439 hoc *vel* hic ς 443 et] quae '*tres libri*' *Hs.* 444 sonos U 447 id UBς 448 penna U, pinna A

tuta diu volucrum proles tum denique caesa est,
  iuveruntque deos indicis exta sui.
ergo saepe suo coniunx abducta marito
  uritur Idaliis alba columba focis;
nec defensa iuvant Capitolia, quo minus anser
  det iecur in lances, Inachi lauta, tuas;
nocte deae Nocti cristatus caeditur ales,
  quod tepidum vigili provocet ore diem. —

Interea Delphin clarum super aequora sidus
  Tollitur et patriis exerit ora vadis.

(10) B IIII ID. IAN. EN.

Postera lux hiemem medio discrimine signat,
  aequaque praeteritae, quae superabit, erit.

(11) C III ID. IAN. CARM. NP. (12) D. PR. ID. IAN. C.

Proxima prospiciet Tithono Aurora relicto
  Arcadiae sacrum pontificale deae;
te quoque lux eadem, Turni soror, aede recepit,
  hic ubi Virginea campus obitur aqua.
unde petam causas horum moremque sacrorum,
  deriget in medio quis mea vela freto?
ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum,
  propositoque fave, ne tuos erret honor!
orta prior Luna, de se si creditur ipsi,
  a magno tellus Arcade nomen habet.
hic fuit Euander, qui quamquam clarus utroque

455sq. cf. met. XI 597

---

449 tuto, *corr.*² A est: t *postea add.* U 450 suo A¹, *corr.*² 452 utitur A incalidis AUD, *corr. Hs.* 453 iuuent A, *corr.*³ 454 inache laute A, bac(ca *i. r.*): u *ssc.*² U 455 deae positis (u *ssc.*³) A 456 prouocat U 458 ex||erit: *eras.* t U 460 superauit U 461 respiciet U tithon ut nuta A¹, *corr.*³ = D, *cf. VL 473* nupta U 463 aedere coepit A, edere cępit U 465 petunt A¹, *corr.*² 466 derigit A *(Keil)*, dirigit *cett.* 469 sic reditur A ipsi| U, ipsis Dς 471 hinc UDς

nobilior sacrae sanguine matris erat;
quae simul aethereos animo conceperat ignes,
ore dabat pleno carmina vera dei.
dixerat haec nato motus instare sibique
multaque praeterea tempore nacta fidem.
nam iuvenis nimium vera cum matre fugatus
deserit Arcadiam Parrhasiumque larem;
cui genetrix flenti 'fortuna viriliter' inquit —
'siste, precor, lacrimas! — ista ferenda tibi est.
(?*?) sic erat in fatis, nec te tua culpa fugavit,
sed deus, offenso pulsus es urbe deo.
non meriti poenam pateris, sed numinis iram:
est aliquid magnis crimen abesse malis!
conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
pectora pro facto spemque metumque suo.
nec tamen ut primus maere mala talia passus:
obruit ingentes ista procella viros!
passus idem est, Tyriis qui quondam pulsus ab oris
Cadmus in Aonia constitit exul humo;
passus idem Tydeus et idem Pagaseus Iason,
et quos praeterea longa referre mora est.
omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,
ut volucri, vacuo quidquid in orbe patet;
nec fera tempestas toto tamen horret in anno,
et tibi — crede mihi! — tempora veris erunt!' (?*?)
vocibus Euander et firmus mente parentis
nave secat fluctus Hesperiamque tenet
iamque ratem doctae monitu Carmentis in amnem

---

493 Eurip. fr. 1047 T. G. F.^{2} N.

---

473 conceperat: *cf. Norden, Aen. VI^2 146* 474 uero B ς plena B ς 476 tempor$\overset{e^3}{a}$ U multam (est *Ri.*) praeterito *Hs. Btl. cf. Hilb. 432 sq.* 478 arcadium *duo* ς 479 sqq. *vide Wünsch 398 sqq. et Heinze 67 sq.* 480 puer ς 481 factis A 484 magni A 488 leta U^3 489 argis U 491 *om.* D pegaseus A^{3}U 494 & U uacua A, uacuo *in* uacuum U^3 495 errat A 497 et firmus D, *cf. Krüg. 22,* et firma A formata *(Wilmanns, Stender),* firmata *(Laing)* U

egerat et Tuscis obvius ibat aquis:
fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Tarenti,
  adspicit et sparsas per loca sola casas,
utque erat, inmissis puppem stetit ante capillis
  continuitque manum torva regentis iter
et procul in dextram tendens sua bracchia ripam
  pinea non sano ter pede texta ferit,
neve daret saltum properans insistere terrae,
  vix est Euandri vixque retenta manu
'di'que 'petitorum' dixit 'salvete locorum,
  tuque novos caelo terra datura deos
fluminaque et fontes, quibus utitur hospita tellus,
  et nemorum silvae Naiadumque chori!
este bonis avibus visi natoque mihique,
  ripaque felici tacta sit ista pede!
fallor, an hi fient ingentia moenia colles,
  iuraque ab hac terra cetera terra petet?
montibus his olim totus promittitur orbis:
  quis tantum fati credat habere locum?
et iam Dardaniae tangent haec litora pinus:
  hic quoque causa novi femina Martis erit.
care nepos, Palla, funesta quid induis arma?
  indue! non humili vindice caesus eris.
victa tamen vinces eversaque Troia resurges!
  obruit hostiles ista ruina domos.
urite victrices Neptunia Pergama flammae!
  num minus hic toto est altior orbe cinis?
iam pius Aeneas sacra et, sacra altera, patrem

509—536 cf. Tib. II 5, 39 sqq. 521 Priscian. VII 331 K.

---

500 uexerat ς 501 parenti U[1], terenti U[3] 503 puppim U (*Stender*) 505 sua b. r. *i. r.*[3] A 506 tecta A 507 darit, *corr.*[3] A saltus U ripe *ssc.* A = D 509 petitor$\overset{u^2}{e}$m A 511 hospite A[1], *corr.*[3] 512 divae, deae, nimphae ς 513 animis U[1], *corr.*[3] 516 petent G 520 m$\overset{a^1}{o}$rtis erat A, *corr.*[3] 524 obruet Uς 525 flamma A 526 *sic tres* ς *Hs.*, non minus U nunc minor AD, ominor *Ehw. (Korn)*, nec minus est toto hic G 527 sacra |||||| patrem: *i. r.* ter *dispicitur* U

adferet: Iliacos accipe, Vesta, deos!
tempus erit, cum vos orbemque tuebitur idem,
et fient ipso sacra colente deo,
et penes Augustos patriae tutela manebit:
hanc fas imperii frena tenere domum.
* inde nepos natusque dei, licet ipse recuset,
pondera caelesti mente paterna feret,
utque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
sic Augusta novom Iulia numen erit.' *
talibus ut dictis nostros descendit in annos,
substitit in medios praescia lingua sonos.
puppibus egressus Latia stetit exul in herba.
* felix, exilium cui locus ille fuit! *
nec mora longa fuit: stabant nova tecta, neque alter
montibus Ausoniis Arcade maior erat.
ecce, boves illuc Erytheidas adplicat heros Vergilius (Ennius?)
emensus longi claviger orbis iter,
dumque huic hospitium domus est Tegeaea, vagantur
incustoditae lata per arva boves.
mane erat: excussus somno Tirynthius actor
de numero tauros sentit abesse duos.
nulla videt quaerens taciti vestigia furti:
traxerat aversos Cacus in antra ferox,
Cacus, Aventinae timor atque infamia silvae,
non leve finitimis hospitibusque malum.
dira viro facies, vires pro corpore, corpus

543—582 Verg. Aen. VIII 185sqq. *(Münzer)*; Prop. IV 9, 1sqq. (Liv. I 7, 4sqq., *sed cf. Sofer 17sqq., Wiss. I 283*[1])

---

528 excipe U veste A 529 |os U[1], ius U[3] 533 recuses A 536 nomen AU[1], *corr.*[2] 537 auspiciis UG ad agros UG 538 stit (*ssc.* et) A medio .. sono ς 540 exilii *unus; vide Heinze 67*[2] 541 neq. .. nec A 542 mentibus *Madv.* 543 erichtheidos appulit D[1] 544 *cf. ad 228* 545 hospi(ti *i. r.*[3])um U tegea AU uaganter A, *corr.*[2] 546 laeta UG, *sed cf. Münzer 14*[16] *(fast. II 210)* 547 auctor, *i. m.*[3] uł heros A, *corr. Hs.*, heros ς, hospes U 548 sensit ς 549 uidens quaerit D 550 ferus D, feros *unus, sed cf. Liv. I 7, 5 et Münzer 18sq. 20* 553 dura A

grande — pater monstri Mulciber huius erat —
proque domo longis spelunca recessibus ingens,
abdita, vix ipsis invenienda feris;
ora super postes adfixaque bracchia pendent,
squalidaque humanis ossibus albet humus.
servata male parte boum Iove natus abibat:
mugitum rauco furta dedere sono.
'accipio revocamen' ait vocemque secutus
inpia per silvas Victor ad antra venit.
ille aditum fracti praestruxerat obice montis;
vix iuga movissent quinque bis illud opus.
nititur hic umeris, — caelum quoque sederat illis! —
et vastum motu conlabefactat onus;
quod simul eversum est, fragor aethera terruit ipsum,
ictaque subsedit pondere molis humus.
prima movet Cacus collata proelia dextra
remque ferox saxis stipitibusque gerit,
quis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes
confugit et flammas ore sonante vomit,
quas quotiens proflat, spirare Typhoea credas
et rapidum Aetnaeo fulgur ab igne iaci.
occupat Alcides, adductaque clava trinodis
ter quater adverso sedit in ore viri.
ille cadit mixtosque vomit cum sanguine fumos
et lato moriens pectore plangit humum.
immolat ex illis taurum tibi, Iuppiter, unum
Victor et Euandrum ruricolasque vocat

---

564 cf. met. XII 432 *(Münz. 36[36])* 578 cf. IV 896

---

554 mulcifer D ς 556 obdita U 559 abibas A[2] *Btl., cf. ad 533* 561 reuocamur ς 562 Victor *Ehw. Burs. 109, 260; cf. Wiss. I 273[5, 6]*, ultor U 563 perstruxerat U 564 Bis A opus A, onus U 566 motu(m *eras.*[2]) U 567 euulsum ς 568 iacta $^{q^2}$ A mollis A pondere ota: *om. prior. litt.* (t?) G 571 quie A 573 quos A, *corr.*[2] 575 *cf. her. 4, 115 et Usener, Rh. M. 58, 189*[2] 576 aduersus A, *corr.*[2] = U, aduersi ς edit A, *corr.*[3] ora ς 578 tangit U 579 unum: *l. m. adsc.*[1] ł humū A

constituitque sibi, quae maxima dicitur, aram, Varro
  hic ubi pars Vrbis de bove nomen habet.
nec tacent Euandri mater prope tempus adesse,
  Hercule quo tellus sit satis usa suo,
at felix vates ut dis gratissima vixit,
  possidet hunc Iani sic dea mense diem.

(13) E EID. NP. (14) F XIX K. FEBR. EN.

Idibus in magni castus Iovis aede sacerdos
  semimaris flammis viscera libat ovis,
redditaque est omnis populo provincia nostro,
  * et tuos Augusto nomine dictus avos. *
perlege dispositas generosa par atria ceras:
  contigerunt nulli nomina tanta viro.
Africa victorem de se vocat, alter Isauras
  aut Cretum domitas testificatur opes;
hunc Numidae faciunt, illum Messana superbum,
  ille Numantina traxit ab urbe notam,
et mortem et nomen Druso Germania fecit —
  me miserum, virtus quam brevis illa fuit! —
si petat a victis, tot sumat nomina Caesar.
  quot numero gentes maximus orbis habet!
ex uno quidam celebres aut torquis adempti
  aut corvi titulos auxiliaris habent;
Magne, tuom nomen rerum est mensura tuarum:
  sed qui te vicit, nomine maior erat;
nec gradus est supra Fabios cognominis ullus:
  illa domus meritis Maxima dicta suis;

---

581 *post* quae *ras. 6 litt.* U 583 *cf. Samter I 22 Ritter 405* 585 undis A dixit U 586 mente A[1], *corr.*[2] 587sqq. *cf. Winther 19, Franke 23sq.* 589 uestro A, *corr. m. rec.*, U[1], *corr.*[3] = ς *cf. Momms., Res g. div. Aug.*[2] *147, qui antea ci. C. I. L. I 384* populo res publica nostro, *sed cf. Momms. ipsum Res g. div. Aug.*[1] *99* 591 cinerosa A ς 592 contigerant U ς, contigerint ς 593 hisauras D alitis aura A, aleris aura U (τ̃[2] *superscr.*) 599 sumet U nomen tot nomina, *ssc.*[2] habere posset D 600 Qđ A 601 adempte U[2] 602 torvi A habet U 604 quę A te quoque U 605 sup(ra *add.*[1]) A ς, ultra U D ς

sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes,
hic socium summo cum Iove nomen habet!
sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
templa sacerdotum rite dicata manu;
huius et augurium dependet origine verbi
et quodcumque sua Iuppiter auget ope.
augeat imperium nostri ducis, augeat annos,
protegat et vestras querna corona fores,
*? auspicibusque deis tanti cognominis heres
omine suscipiat, quo pater, orbis onus! *?

(15) G XIIX K. FEBR. CAR. NP.

Respiciet Titan actas ubi tertius Idus,
fient Parrhasiae sacra relata deae.
Varro nam prius Ausonias matres carpenta vehebant —
haec quoque ab Euandri dicta parente reor —
mox honor eripitur, matronaque destinat omnis
ingratos nulla prole novare viros,
neve daret partus, ictu temeraria caeco
visceribus crescens excutiebat onus.
corripuisse patres ausas inmitia nuptas,
ius tamen exemptum restituisse ferunt
binaque nunc pariter Tegeaeae sacra parenti
pro pueris fieri virginibusque iubent.
scortea non illi fas est inferre sacello,
ne violent puros exanimata focos.
si quis amas veteres ritus, adsiste precanti,
nomina percipies non tibi nota prius:
Porrima placatur Postvertaque, sive sorores,
sive fugae comites, Maenali diva, tuae;

---

609 ṣẹdẹs *ssc.* ł augusta U **611** origine (*ssc.*[2] is) uẹrbi **A** **613** nostris ducis U[1], nostri duci U[2] **614** meritas *unus Vatic.* **615** dies **A** **617** ẹtas **A**, *corr.*[2] tertius: *v. Wiss. I 220 II 162 sqq.* **618** flent **A** relicta **A**[1], *corr.*[3] = U **621** matronamque U[2]/[3] **622** iuuare U[1], *corr.*[2] **625** causas **A** **626** exertum **A**[1], exētum **A**[2], amissum U **627** non *ssc.*[2] c̄ **A** tegee ¦|| **A**, tegeẹ sacraṭạ U **630** examinata U **632** not || **A** **633** post uertaque **A**

altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur,
altera, venturum postmodo quidquid erat.

(16) H XVII K. FEBR. C.

* Candida, te niveo posuit lux proxima templo,
qua fert sublimes alta Moneta gradus,
nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam,
nunc te sacratae constituere manus.
Furius antiquam, populi superator Etrusci,
voverat et voti solverat ille fidem.
causa, quod a patribus sumptis secesserat armis
volgus, et ipsa suas Roma timebat opes;
causa recens melior: passos Germania crines
porrigit auspiciis, dux venerande, tuis;
inde triumphatae libasti munera gentis
templaque fecisti, quam colis ipse, deae.
haec tua constituit genetrix et rebus et ara,
sola toro magni digna reperta Iovis. *

(17) A XVI K. FEBR. C. (18) B XV K. FEBR. C.
(19) C XIIII K. FEBR. C. (20) D XIII K. FEBR. C.
(21) E XII K. FEBR. C. (22) F XI K. FEBR. C.
(23) G X K. FEBR. C. (24) H VIIII K. FEBR. C.

Haec ubi transierint, Capricorno, Phoebe, relicto
per iuvenis curres signa regentis aquam.
septimus hinc oriens cum se demiserit undis,
fulgebit toto iam Lyra nulla polo.
sidere ab hoc ignis venienti nocte Leonis
qui micat in medio pectore, mersus erit.

---

650 ex P. II 8, 29

---

636 alter(a[3]) A uenturum: *in litura vid. fuisse* uersurū G erat (i *supra*) A 637 ni(ueo *l. r.*[3]) A 639 ꝓspiciens A[1]ς 640 ut te *Kreußler*, nam te *Ri.*, qua te *Schenkl* restituere UG 642 ante *ssc. m. rec.* ille U 643 annis U, *corr.*[2] 645 pansus (s[2] *supra*): n *corr. ex?* A, sparsos Uς germ. *ssc.* gallia *m. rec.* U 646 corrigit Aς, *sed cf. V 593 tr. II 227; am. I 14, 45 (Pet.)* 649 hanc B 651 Kapricornus: *corr. per ras. in* o A 652 gerentis *Hs., sed cf. Wünsch 400 sq.* 654 toto U, nullo A 655 sidera A, *corr.*[3]

(25) A VIII K. FEBR. C. (26) B VII K. FEBR. C.

Varro Ter quater evolvi signantes tempora fastos,
nec Sementiva est ulla reperta dies,
cum mihi — sensit enim — 'lux haec indicitur;' inquit
Musa 'quid a fastis non stata sacra petis?
utque dies incerta sacro, sic tempora certa,
seminibus iactis est ubi fetus ager.'
state coronati plenum ad praesaepe iuvenci:
cum tepido vestrum vere redibit opus.
rusticus emeritum palo suspendat aratrum:
omne reformidat frigore volnus humus.
vilice, da requiem terrae semente peracta;
da requiem, terram qui coluere, viris.
pagus agat festum: pagum lustrate, coloni,
et date paganis annua liba focis!
placentur frugum matres, Tellusque Ceresque,
farre suo gravidae visceribusque suis;
officium commune Ceres et Terra tuentur:
haec praebet causam frugibus, illa locum.
consortes operis, per quas correcta vetustas
quernaque glans victa est utiliore cibo,
frugibus inmensis avidos satiate colonos,
ut capiant cultus praemia digna sui!

---

657 ∼ Tib. II 1, *cf. Jacoby, Rh. M. 65, 51*^{1}*sq.* 663—666 Tib. II 1, 5sqq.

---

658 *sic* D, *cf. Goetz-Schoell ad Varr. de l l. VI 26, Wiss. I 193*^{2}, se mentita *(Keil,* sementica *Stender)* A, sementita U^2, sementina U^3, sementine B ς 660 Musa *i. r.* A factis A^1, *corr.*^{2} 661. 662 *post* 663. 664 U 661 sacra *(corr.)* A, sacris U tempore certo A 662 lętis U 663 iuuencu(s *eras.*) U 665 (uilli *i. r.*)cus *ex* rusticus? m^2 U suspendit A, *corr.*^{2} aratro A, *corr.*^{1} 666 frigida U 667 teracta *(corr.)* U 668 terrę AU, *corr.* U^2, quam U, *ssc.*^{2} q viri *(corr. m. rec.)* U 669 lustrate *corr. in* tractate A 671 matres frugum D, matre stellus A 671sqq. *v. Wiss. II 163sq.* 675 operis *cod. Moret.*
e^1
superis A U^1, operum U^3 676 quernaque A 677 augete G

vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
nec nova per gelidas herba sit usta nives!
cum serimus, caelum ventis aperite serenis,
cum latet, aetherea spargite semen aqua!
neve graves cultis Cerialia rura cavete
agmine laesuro depopulentur aves!
vos quoque, formicae, subiectis parcite granis!
post messem praedae copia maior erit.
interea crescat scabrae rubiginis expers
nec vitio caeli palleat ulla seges
et neque deficiat macie neque pinguior aequo
divitiis pereat luxuriosa suis,
et careant loliis oculos vitiantibus agri,
nec sterilis culto surgat avena solo;
triticeos fetus passuraque farra bis ignem
hordeaque ingenti fenore reddat ager!
haec ego pro vobis, haec vos optate, coloni,
efficiatque ratas utraque diva preces!
bella diu tenuere viros, erat aptior ensis
vomere, cedebat taurus arator equo;
sarcula cessabant versique in pila ligones,
factaque de rastri pondere cassis erat.
* gratia dis domuique tuae; religata catenis
iam pridem vestro sub pede bella iacent; *
sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas!
Pax Cererem nutrit, Pacis alumna Ceres. *?

---

694 rem. 174 ex P. I 5, 26 Tib. II 6, 22 704 Tib. I 10, 45 sqq.

---

679 per(petuos *i. r.*[3]) A auc(tor *corr.*[4] *in* tus) A, auct$\overset{u^2}{o}$s U 680 gelida(s[3]) A usta sit herba U 682 aqua(e *eras.*) A 683 graues *i. r.* A cultus A, *corr.*[3], U dona U[3] 684 depo$\overset{v}{l}$$\overset{e}{a}$ntur A, $\overset{d^3}{n}$ep. U 688 ulla A *cf. Krüg. 10,* usta *Gronov. cf. 680 IV 299. 918 Cic. Brut. 4, 16,* aegra UDς 691 uitantibus *(corr.)* A, uincentibus U[3], *recte*[1]; *cf. Geop. II 43* 697 bella(que *eras.*) A 700 rastr(i *i. r.*[3]) A cuspis *Gemoll, Fleckeis. ann. 117, 494* 701 religate *ssc.* a A 703 subiugabo s(e *eras.*) A 704—711 *cf. Wünsch 401 sq.* 704 nutriat U[2] paces A, *corr.*[3]

(27) C VI K. FEBR. C. (28) D V K. FEBR. C.
(29) E IIII K. FEBR. F.

At quae venturas praecedit sexta Kalendas,
hac sunt Ledaeis templa dicata deis:
fratribus illa deis fratres de gente deorum
circa Iuturnae composuere lacus. *?

(30) F III K. FEBR. NP. (31) G PR. KAL. FEBR. C.

Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram:
haec erit a mensis fine secunda dies.
frondibus Actiacis comptos redimita capillos,
Pax, ades et toto mitis in orbe mane!
* dum desint hostes, desit quoque causa triumphi,
tu ducibus bello gloria maior eris.
sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma,
canteturque fera nil nisi pompa tuba;
horreat Aeneadas et primus et ultimus orbis:
si qua parum Romam terra timebat, amet!
tura, sacerdotes, pacalibus addite flammis,
albaque perfusa victima fronte cadat,
utque domus, quae praestat eam, cum pace perennet,
ad pia propensos vota rogate deos! — *
sed iam prima mei pars est exacta laboris,
cumque suo finem mense libellus habet.

---

724 = trist. II 550

---

705 sq. *cf. Momms. C. I. L.* I^2 *308, Wiss. II 273* atq; A^1, atq̃ A^2, ad que U^1, atque U^2 pręcedet U kalend(as *i. r.*^{2}) A 706 hęc *ssc.* a A 707 dies AU, dei D, *corr. Hs.* 709 pacis deḍuxit: it *i. r. et transp.* A, pacis deduxit U, deducit ς 713 desunt A^2 714 erit A^1, *corr.*^{2} 715 arma quibus *(corr.)* A 717 aenead(a *i. r.*)s A, aeneades U 718 timebat *ssc.* i A = U 720 percussa U 721 ̣phenneṣ *ssc.*^{3} t A 722 at A probate D

LIBER SECVNDVS

AD AVGVSTVM

⟨PROOEMIVM⟩

Ianus habet finem, cum carmine crescat et annus:
alter ut hic mensis, sic liber alter eat.
nunc primum velis, elegi, maioribus itis:
exiguom, memini, nuper eratis opus.
ipse ego vos habui faciles in amore ministros,
cum lusit numeris prima iuventa suis;
idem sacra cano signataque tempora fastis:
ecquis ad haec illinc crederet esse viam?
haec mea militia est: ferimus, quae possumus, arma,
dextraque non omni munere nostra vacat.
si mihi non valido torquentur pila lacerto
nec bellatoris terga premuntur equi,
nec galea tegimur nec acuto cingimur ense —
his habilis telis quilibet esse potest —
at tua prosequimur studioso pectore, Caesar,
nomina per titulos ingredimurque tuos.
ergo ades et placido paulum mea munera voltu
respice, pacando si quid ab hoste vacat.

Februa Romani dixere piamina patres; Verrius
nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
pontifices ab rege petunt et flamine lanas,
quis veterum lingua februa nomen erat,

II 3—18 cf. I 1—26

P. OVIDII NASONIS FASTORV̄ FINIT LIBER PRIMUS INCIPIT LIBER SCV̄S A   FASTORUM LIBER · II · U

II 1 crescit G   2 ut it B^2ς   3—18: *v. prooemium libri I., qualis ad Aug. missus est, videntur fuisse, cf. Pet. 10 sqq.*   3 uelis: li *i. r.*^{2} A   eligi A^1, *corr.*^{2} 8 et quis A, sed quis UG   illis D   9 gerimus U   14 hi(s ha *i. r.*)bilis A   15 et A   prosequitur A, *corr.*^{2} 17 carmina A^2 18 pacato DG   uacas Uς *cf. Ehw. B. 49*   19 placula UDG   20 nunc ł huic G   21 a D   22 quę A, *corr.*^{4}, Uς   ueteri in Dς, uetere in L   habent: ł t *m. rec.* Uς

quaeque capit lictor domibus purgamina certis
torrida cum mica farra, vocantur idem;
nomen idem ramo, qui caesus ab arbore pura
casta sacerdotum tempora fronde tegit:
ipse ego flaminicam poscentem februa vidi,
februa poscenti pinea virga data est;
denique quodcumque est, quo corpora nostra piantur,
hoc apud intonsos nomen habebat avos.
mensis ab his dictus, secta quia pelle luperci
omne solum lustrant idque piamen habent,
Varro aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,
tunc cum ferales praeteriere dies;
omne nefas omnemque mali purgamina causam
credebant nostri tollere posse senes.
Graecia principium moris dedit: illa nocentis
inpia lustratos ponere facta putat.
Actoridem Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
caede per Haemonias solvit Acastus aquas;
vectam frenatis per inane draconibus Aegeus
credulus inmerita Phasida fovit ope;
Amphiareiades Naupactoo Acheloo
'solve nefas' dixit, solvit et ille nefas.
a! nimium faciles, qui tristia crimina caedis
fluminea tolli posse putatis aqua! —

---

41. 42 cf. met. VII 350—424

---

23 certis AUD[2], ternis D, tersis *Hs.*, cortis *Bergk,* versis *aut* ternus *Merk.* purgamen acerris *Hertzberg*, purgamine certa *Koch,* mortis *Wünsch 402*, maestis *Ehw.* 24 turbida Aς mice ferra A, *corr.*[4] idem ω: *v. Ehw. B. 47sq.*, item *prob. Vollmer* 26 sacerdotem *(corr.*[1]*)* frondo *(corr.*[3]*)* A 27 ipsum A *ssc.*[1] e, *ssc.*[3] a A, ipse Uς *ipse februa .. februa—patres (19),* ipsam *Hertzberg prob. Ehw.* flaminatum *ssc.*[1] niā et?, *ssc.*[2] nicā A 28 spinea *unus* ς 29 pectora U pietur U, piamur *duo; cf. Paul. p. 85 M. et Winther 44, Franke 34* 30 hic A[1], *corr.*[2] 31 dictis A, *corr.*[1] 33 pḷura U corpora *Ri.* 35 omnē (q;[2]) nẹfas A purgamine D 37 mores A, *corr.*[2] fuit Uς nocendis A[1], *corr.*[2] -tes, -tis U 39 auctor idem A foce A, *corr.*[2] 40 acastus: s *ante* t *i. r.* A 42 immita U iuuit Uς 43 naupacto anchileoq; U 45 Ah A tristiọṛa *(Wilmans)* 46 putatis posse *(corr.)* A, putetis G

sed tamen, antiqui ne nescius ordinis erres, Varro
primus, ut est, Iani mensis et ante fuit;
qui sequitur Ianum, veteris fuit ultimus anni:
tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.
primus enim Iani mensis, quia ianua prima est;
qui sacer est imis manibus, imus erat.
postmodo creduntur spatio distantia longo
tempora bis quini continuasse viri.

(1) H K. FEBR. N.

Principio mensis Phrygiae contermina Matri
Sospita delubris dicitur aucta novis.
nunc ubi sunt, illis quae sunt sacrata Kalendis
templa deae? longa procubuere die.
cetera ne simili caderent labefacta ruina,
cavit sacrati provida cura ducis,
sub quo delubris sentitur nulla senectus;
nec satis est homines, obligat ille deos.
templorum positor, templorum sancte repostor,
sit superis, opto, mutua cura tui!
dent tibi caelestes, quos tu caelestibus, annos
proque tua maneant in statione domo!
tunc quoque vicini lucus celebratur Helerni,
qua petit aequoreas advena Thybris aquas.
ad penetrale Numae Capitolinumque Tonantem
inque Iovis summa caeditur arce bidens.
saepe graves pluvias adopertus nubibus aether
concitat, aut posita sub nive terra latet.

---

55. 56 Prisc. II 157, 8. 343, 11 H. 56 Prisc. II 317, 4 H.

---

47 sqq. *cf. Gintzel, Zeitrechn. II 227 Mommsen, Chron. 31*[87] 48 ianus *(corr.)* A 55 matris *Prisc.; cf. Wiss. I 188*[9] 56 hospita A *(corr.)* U, *cf. Delbrück 5* 57 nunc: u *i. r.* A sint ς quae sint ς quaeris ς 58 longo ς 60 sacrata A *(corr.)* 63 repostor G ς, repertor AU 65 quot *unus* ς 66 postque A, *corr.*^{2} 67 tum U ς Helerni *Hs. coll. VI 105* uini (*ssc.* ci) locus (*ssc.* u) celebratur (*corr. ex* s) auerni A ς celebrantur asyli UG 68 qu(a *i. r.*) A 71 ad(o *i. r.*)pertus A auster DG 72 iacet U^{2}

(2) A IIII NON. FEBR. N. (3) III NON. FEBR. N.

Proximus Hesperias Titan abiturus in undas
gemmea purpureis cum iuga demet equis,
illa nocte aliquis tollens ad sidera voltum
dicet 'ubi est hodie, quae Lyra fulsit heri!'
dumque Lyram quaeret, medii quoque terga Leonis
in liquidas subito mersa notabit aquas.

(3) B III NON. FEBR. N.

Quem modo caelatum stellis Delphina videbas,
is fugiet visus nocte sequente tuos,
seu fuit occultis felix in amoribus index,
Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.
quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
carmine currentes ille tenebat aquas.
saepe sequens agnam lupus est a voce retentus,
saepe avidum fugiens restitit agna lupum;
saepe canes leporesque umbra iacuere sub una,
et stetit in saxo proxima cerva leae,
et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
sedit, et accipitri iuncta columba fuit;
Cynthia saepe tuis fertur, vocalis Arion,
tamquam fraternis obstipuisse modis.
nomen Arionium Siculas inpleverat undas,
captaque erat lyricis Ausonis ora sonis;
inde domum repetens puppem conscendit Arion
atque ita quaesitas arte ferebat opes.

75—78 ~ I 653—656 81 cf. Germ. Arat. 322 sq., Ps. Eratosth. Catast. 31 p. 158 R. 82—116 cf. Herod. I 23. 24 89 cf. met. II 547 91 cf. Prop. II 34, 37 *(Hosius, Hundert Jahre Marcus u. Weber 107)*

---

73 experias U habiturus AU 74 demit: i *m. rec.* U ęquus: *ssc.*^{2} i A 75 sidera(t *eras.*) A 78 notauit U 79 stellas A, *corr.*^{1} 80 uultus D 81 fugit A^1U^1, *corr.*$^{2, 2}$ (ina^2)moribus A 83 sqq. *cf. Robert 29* 83 quid non A^1, *corr.*^{2} 85 a] hac *unus* ς 86 respicit U^1, *corr.*^{3} 87 cubuere G ς 88 in-
uus
festae *unus* ς 89 cornix A, alite (*ssc.*^{2} cornice) coruus D 92 obstupuisse U^3 93 compleuerat U ς urbes D ς, oras ς

forsitan, infelix, ventos undasque timebas,
at tibi nave tua tutius aequor erat.
namque gubernator destricto constitit ense
ceteraque armata conscia turba manu.
quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, puppem!
non haec sunt digitis arma tenenda tuis.
ille metu pavidus 'mortem non deprecor' inquit,
'sed liceat sumpta pauca referre lyra.'
dant veniam ridentque moram: capit ille coronam,
quae possit crines, Phoebe, decere tuos;
induerat Tyrio bis tinctam murice pallam:
reddidit icta suos pollice chorda sonos,
flebilibus numeris veluti canentia dura
traiectus pinna tempora cantat olor.
protinus in medias ornatus desilit undas,
spargitur inpulsa caerula puppis aqua;
inde — fide maius — tergo delphina recurvo
se memorant oneri subposuisse novo;
ille sedens citharamque tenens pretiumque vehendi
cantat et aequoreas carmine mulcet aquas.
di pia facta vident: astris delphina recepit
Iuppiter et stellas iussit habere novem.

---

101 cf. Sen. Contr. VI 5 *(Thomas, Philol. Suppl. VIII 259)*
118 cf. Ps. Erat. Cat. 31, 160. 161 R.

---

97 undaque U^1 undamque B ς   100 arm. ẹṣṭ U   101 pinum *duo* ς   102 sunt haec ς   103 uacuus *cod. Moret. pro v. scr.* uiduus *Merk., sed cf. Herod. I 24, 4 ἀπειληθέντα ἐς ἀπορίην, Gell. XVI 19, 12 homo ibi territus .. id unum postea oravit*   106 poscit *(corr.)* A, posset U^2 107 distinctam A, *corr.*^{1}, U   108 publi(ce *i. r.*), *corr. i. mg.* A   109 flebilis in n. D veluti n. *unus* ς; *dist. iniuria del. Merk., cf. (Favor.) Corinth. XXXVII 2 (II p. 17 A.) et Crusius, Rh. M. 47, 70, quem audacius coniecisse demonstr. Ehw. Burs. 80, 38*   110 trheicius *(corr. al. m.)* G   tergora *Hs.,* pectora *Ri.*   canat U^1, *corr.*^{3} 113 fides maior U, *corr.*^{3} 115 tenet B ς   ferendi BG ς   117 uidebis, *corr.*^{2} *i. m.* Recepit A

(4) C PR. NON. FEBR. N. (5) D NON. FEBR. NP.

Nunc mihi mille sonos, quoque est memoratus Achilles,
vellem, Maeonide, pectus inesse tuom;
dum canimus sacras alterno pectine Nonas:
maximus his fastis adcumulatur honor.
deficit ingenium, maioraque viribus urgent:
haec mihi praecipuo est ore canenda dies.
quid volui demens elegis inponere tantum
ponderis? heroi res erat ista pedis.
sancte pater patriae, tibi plebs, tibi curia nomen
hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen, eques;
res tamen ante dedit! sero quoque vera tulisti
nomina, iam pridem tu pater orbis eras.
hoc tu per terras, quod in aethere Iuppiter alto,
nomen habes, hominum tu pater, ille deum.
Romule, concedes! facit hic tua magna tuendo
moenia, tu dederas transilienda Remo;
te Tatius parvique Cures Caeninaque sensit,
hoc duce Romanum est solis utrumque latus;
tu breve nescio quid victae telluris habebas,
quodcumque est alto sub Iove, Caesar habet.
tu rapis, hic castas duce se iubet esse maritas,
tu recipis luco, reppulit ille nefas;
vis tibi grata fuit, florent sub Caesare leges;
tu domini nomen, principis ille tenet;

---

135 cf. Verg. Aen. VI 811

---

119 quibus U[1], *corr.*[3] 120 maeonide(s *del.*) A ineē *ssc.*[2] habe A 121 $\overset{c^1}{\text{a}}$nimus A pectore AU[1]ς, *corr.* U[2], carmine Dς 122 hi$\overset{s}{\text{c}}$ A, his Uς, hic ς, hinc ς, his *sc. Nonis*; fastis = *in fastis* festis D[1]ς adceleratur ς onus A[1], *corr.*[2] honos U 124 est|ore U tuis *ssc.*[3] dies A 126 heroici D 129 quot U 132 deū$\overset{2}{\text{s}}$ A 133 concedas ς '*aut 135sq. aut 137sq. (del. Kimmig) emendaturus poeta delevisset*' *Ri., sed cf. quae Vah. collegit 101* 139 te AU[1], *corr.*[2] 140 summouet Bς illa A 141 vix A 142 principi|s: *i. r.* i *del.* A

te Remus incusat: veniam dedit hostibus ille;
caelestem fecit te pater, ille patrem. —
iam puer Idaeus media tenus eminet alvo
et liquidas mixto nectare fundit aquas.
en etiam, si quis borean horrere solebat,
gaudeat: a zephyris mollior aura venit.

(6) E VIII ID. FEBR. N. (7) F VII ID. FEBR. N.
(8) G VI ID. FEBR. N. (9) H V ID. FEBR. N.
(10) A IV ID. FEBR. N.

Quintus ab aequoreis nitidum iubar extulit undis
Lucifer, et primi tempora veris erunt;
ne fallare tamen, restant tibi frigora, restant,
magnaque discedens signa reliquit hiems.

(11) B III ID. FEBR. N. (12) C PR. ID. FEBR. N.

Tertia nox veniat, Custodem protinus Ursae
adspicies geminos exeruisse pedes.
inter hamadryadas iaculatricemque Dianam
Callisto sacri pars fuit una chori;
illa deae tangens arcus 'quos tangimus arcus,
este meae testes virginitatis' ait.
Cynthia laudavit 'promissa'que 'foedera serva,
et comitum princeps tu mihi' dixit 'eris.'
foedera servasset, si non formosa fuisset:
cavit mortales, de Iove crimen habet.
mille feras Phoebe silvis venata redibat
aut plus aut medium sole tenente diem;
ut tetigit lucum, — densa niger ilice lucus,
in medio gelidae fons erat altus aquae —

---

145 cf. Ps. Erat. Cat. 26 p. 144, 8 R. 155—192 met. II 401—530; Ps. Erat. Cat. 1, schol. A ad Σ 487 *(cf. Wichers 52 sqq. Heinze 57. 73. 106 sqq.)*

---

147 si qui boream A horrean D 148 mitior ς 149 medium D undas A 150 eunt *tres* ς, *sed cf. I 496* 153 ueniet U 155 iaculatricesque Dianae *nimis sagaciter Ehw., cf. met. V 375* 156 illa D, *corr.*[2] 157 tangimur A 162 a U[3], *recte*[1]

'hic' ait 'in silva, virgo Tegeaea, lavemur!'
  erubuit falso virginis illa sono.
dixerat et nymphis, nymphae velamina ponunt;
  hanc pudet, et tardae dat mala signa morae.
exuerat tunicas, uteri manifesta tumore
  proditur indicio ponderis ipsa suo.
cui dea 'virgineos, periura Lycaoni, coetus
  desere nec castas pollue' dixit 'aquas!'
Luna novum decies inplerat cornibus orbem:
  quae fuerat virgo credita, mater erat.
laesa furit Iuno formam mutatque puellae:
  quid facis? invito est pectore passa Iovem!
utque ferae vidit turpes in paelice voltus,
  'huius in amplexus Iuppiter' inquit 'eat!'
ursa per incultos errabat squalida montes,
  quae fuerat summo nuper amata Iovi;
iam tria lustra puer furto conceptus agebat,
  cum mater nato est obvia facta suo.
illa quidem, tamquam cognosceret, adstitit amens
  et gemuit: gemitus verba parentis erant.
hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto,
  ni foret in superas raptus uterque domos.
signa propinqua micant: prior est, quam dicimus Arcton,
  Arctophylax formam terga sequentis habet.
saevit adhuc canamque rogat Saturnia Tethyn,
  Maenaliam tactis ne lavet Arcton aquis.

177sq. schol. Germ. Arat. p. 58, 18 *(sed cf. Robert 16)*

---

167 hic UA^2 hęc Aς hac Dς lauetur A^1 168 suo *(corr.)* A 170 male *Hs.* 171 exuerat *(i. r.)* tunica A 172 suo A^1 sui A^2 *cett.* 173 uirginitas *(corr.^{2})* periure *(corr.^{2})* licaone (licaone *m^2 Keil,* licaona *m^2 Stender*) coet(us *i. r.*) A lycaona D 174 ne ADς *sed cf. met. II 464* 175 nouis D 177 furat A, *corr.*^{1}, fuit U^1, *corr.*^{3} 178 inulto U^1, *corr.*^{2} 180 erat D 183 furto *ssc.*^{2} archas A 189 micunt A, *corr.*^{2} arctā A, *corr.*^{2} quae dicitur arcton D 191 rogat *om.* A petit ς adiit *nescio qui libri* tethin: ethi *i. r.*^{1} U, tethim AD 192 labet U^1, *corr.*^{2}

(13) D EID. NP.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni
hic, ubi discretas insula rumpit aquas.
haec fuit illa dies, in qua Veientibus armis Livius
ter centum Fabii ter cecidere duo.
una domus vires et onus susceperat Vrbis,
sumunt gentiles arma professa manus.
egreditur castris miles generosus ab isdem,
e quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portae dextro est via proxima Iano:
ire per hanc noli, quisquis es: omen habet!
illa fama refert Fabios exisse trecentos:
porta vacat culpa, sed tamen omen habet.
ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem,
turbidus hibernis ille fluebat aquis,

195—242 Liv. II 48—50 *(cf. Schenkl, Sofer 5sqq., Heinze 43sqq.)*

195—207 *egregie interpr. est Vah. 89sqq.* 195 *de v. cf. Niebuhr, R. G. II 222;* 196. 199 *del. Merk. inserto 198 p. 195. Dies profectionis et interitus (XV Kal. Aug.) Ov. videtur confudisse, cf. Mommsen, R. Chron. 85, aliter Elter 19sqq. Heinze 44*[1] 195 in: *cf. am. II 2, 40 III 14, 7. her. 8, 91. 121; 20 (21), 65* uincentibus A[2], *recte*[1] uolentibus (s[2] supra) U[1] ueentibus U[2] uegentibus D aruis D(?)ς *Hs* 196 piere D 198 manu(s[2]) A 201 carmenti(s[2]) porte (dextra supra) est dix? *(del.)* ut (*corr.*[2] uia) A carmenti(s *supra lin. add.*[2]) dextra est U dextro G[1]ς *Hs. Becker, R. A. I 138* dextra . Iano *Merk. Winther. Jordan, sed cf. Richter, Herm. XVII 427* 202 hanc AUς, hunc *Ehw., sed cf. Vah. 91; contra Elteri interpret. cf. Hülsen, Geogr. Jahrb. 34, 215 et Ehw. Burs. 167, 131sq.* que fera nomen (. . *m.*[3]) *ssc.*[3] quisquis es U 202—204 *del. Merk.*, 203. 204 *Krüger*, 199. 204 *Housm., qui* 200 *p.* 205 *pos.* 203. 204 *om.* (*propter eundem exitum* 202. 204) AU, *add.* U[2] *i. m. infer.* (tricentos: i *ex* e) *pro pentam.* D *i. m. habet* '*m. rec.*' quos omnes misere perdidit una dies; *quem v. ex 236 fictum iudic. Ovidianum Bannier, Rh. M. 73, 72 et inser. p.* 203: 203a quos . . dies *hexametrum* 203b *excidisse ratus; tum* 204sqq.; *exstant versus in Ashburnhamensi s. XII, qui ceteroquin pro nihilo est; cf. Ehw. Burs. 80, 67* 206 turgidus '*in nonnullis*' *Hs.*

castra loco ponunt: destrictis ensibus ipsi
  Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt,
non aliter, quam cum Libyca de gente leones
  invadunt sparsos lata per arva greges.
diffugiunt hostes inhonestaque volnera tergo
  accipiunt; Tusco sanguine terra rubet.
sic iterum, sic saepe cadunt; ubi vincere aperte
  non datur, insidias armaque tecta parant.
campus erat, campi claudebant ultima colles
  silvaque montanas occulere apta feras;
in medio paucos armentaque rara relinquunt,
  cetera virgultis abdita turba latet.
ecce velut torrens undis pluvialibus auctus
  aut nive, quae zephyro victa tepente fluit,
per sata perque vias fertur nec, ut ante solebat,
  riparum clausas margine finit aquas,
sic Fabii vallem latis discursibus inplent,
  quodque vident, sternunt, nec metus alter inest.
quo ruitis, generosa domus? male creditis hosti!
  simplex nobilitas, perfida tela cave!
fraude perit virtus: in apertos undique campos
  prosiliunt hostes et latus omne tenent.
quid faciant pauci contra tot milia fortes?
  quidve, quod in misero tempore restet, adest?
sicut aper longe silvis latratibus actus
  fulmineo celeres dissipat ore canes,
mox tamen ipse perit, sic non moriuntur inulti

209 *Π* 352 219 E 87 231 M 146

207 districtis AU sensibus A 209 rupe *duo* ς 211 hostes .. acipiunt m^2 *i. m.; restat propter abscisionem solum* uolnerat (ergo) A 214 recta *(corr.)* A, tecta: e *ex* a U operta ς, caeca ς parent *(corr.)* A 220 repente U^1, *corr.*^{3} 222 causas *(corr.)* A 224 quosque ς spernunt Gς 228 prosiliens *(corr.)* A 230 restat A^1, *corr.*^{2} =U, pstet (ł restat *s. l.*) D adest A, habent U^3, *recte*^{1}, habet D^2, *recte*^{1} 231 siluas A latratibus AU^2, *cf. Sil. It. I 421 et Drechsler*, latrantibus U^1, laurentibus ς *cf. Verg. Aen. X 707 sqq.* 232 cereres *(corr.)* A

volneraque alterna dantque feruntque manu.
una dies Fabios ad bellum miserat omnes,
ad bellum missos perdidit una dies.
ut tamen Herculeae superessent semina gentis,
credibile est ipsos consuluisse deos:
nam puer inpubes et adhuc non utilis armis
unus de Fabia gente relictus erat,
scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci,
cui res cunctando restituenda foret.

(14) E XI KAL. MART. N.

Continuata loco tria sidera, Corvos et Anguis
et medius Crater inter utrumque, latent,
Idibus illa latent, oriuntur nocte sequenti.
quae tibi cur tria sint tam sociata canam.
forte Iovi Phoebus festum sollemne parabat: —
non faciet longas fabula nostra moras —
'i, mea' dixit 'avis, ne quid pia sacra moretur,
et tenuem vivis fontibus adfer aquam.'
corvos inauratum pedibus cratera recurvis
tollit et aerium pervolat altus iter.
stabat adhuc duris ficus densissima pomis:
temptat eam rostro, non erat apta legi;
inmemor imperii sedisse sub arbore fertur,
dum fierent tarda dulcia poma mora,
iamque satur nigris longum rapit unguibus hydrum
ad dominumque redit fictaque verba refert:
'hic mihi causa morae vivarum obsessor aquarum;
hic tenuit fontes officiumque meum.'
'addis' ait 'culpae mendacia' Phoebus 'et audes

---

236 Ex. P. I 2, 4   242 (Verg. Aen. VI 845 sq.) Ennius A. 370 V.   243—266 Ps. Erat. Cat. 41, 188 sqq. R.

---

234 alternaṣ *(corr.*[2]*)* A   d(āt[2]) A   236 abstulit D   238 consuluisse (i *supra* u) A   239 pueri impubis A[2]   242 fouet U[1], *corr.*[3]   244 latent *Ehw. cf. e. g. 306 sq., 414 sq.*, latet AUς, iacet Bς, nitet *Btl.*   246 sibi *v. m.* Gς   tū (*corr.*[1] tā?) A   consociata Bς   247 festum Phoebus ς   250 niuis A[1], *corr.*[2]   252 ętherium U   261 cui spe U, *ssc.*[2] culpę

fatidicum verbis fallere velle deum?
at tibi, dum lactans haerebit in arbore ficus,
de nullo gelidae fonte bibentur aquae.'
dixit, et, antiqui monimenta perennia facti,
Anguis, Avis, Crater sidera iuncta micant.

(15) F X KAL. MART. LVPER. NP.

Tertia post Idus nudos Aurora lupercos
adspicit, et Fauni sacra bicornis eunt.
dicite, Pierides, sacrorum quae sit origo,
attigerint Latias unde petita domos.
Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadiis plurimus ille iugis.
testis erit Pholoe, testes Stymphalides undae,
quique citis Ladon in mare currit aquis,
cinctaque pinetis nemoris iuga Nonacrini,
altaque Tricrene Parrhasiaeque nives.
Pan erat armenti, Pan illic numen equarum;
munus ob incolumes ille ferebat oves.
transtulit Euander silvestria numina secum;
hic, ubi nunc Vrbs est, tum locus urbis erat.
inde deum colimus devectaque sacra Pelasgis:
flamen ad haec prisco more Dialis erat.
cur igitur currant et cur — sic currere mos est —
nuda ferant posita corpora veste, rogas?
ipse deus velox discurrere gaudet in altis

---

263 lactans *ssc.* e A = U ϛ orbe *ssc.*^{2} ar *et* or A 264 bibantur ϛ 265 patentia U 266 angus A^1, *corr.*^{2} 267 nodos (v *ssc.*) A 268 erant U^1 erunt U^3 270 latios U^3, *recte*^{1} unda A, *corr.*^{3} 271 pecori U 274 aquas D 275 nemoros (i *ssc.*) (o *del.*) iuta (iura?) *ssc.*^{2} g A 276 Tricrene *Merk. Reim., Krüg. 22* (*Τρίκρηνα Paus. VIII 16, 1*) troe(ze *i. r.* A^2)ne A U ϛ Cillene G ϛ parrasiequaeque U 277 illa A, *corr.*^{1} nom̄ *(corr.^{2})* aquarum A arm. custos Pan numen ϛ *Hs.* 281. 282 *om.* U, *add. i. m. inf. m. rec., cf. Vah. 97* 282 *cf. Wiss. I 560^3* ab, ob, ad hoc ϛ, adhuc ϛ erit A^{2}D ϛ 283 curran|| (*ssc.*^{1} t) & ||| (*ssc.* cur) currere A sic currant U 285. 286 *om.* G

montibus et subitas concipit ipse fugas;
ipse deus nudus nudos iubet ire ministros,
nec satis ad cursus commoda vestis erit. —
ante Iovem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, et Luna gens prior illa fuit.
vita feris similis nullos agitata per usus,
artis adhuc expers et rude volgus erat.
pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas,
nectar erat palmis hausta duabus aqua;
nullus anhelabat sub adunco vomere taurus,
nulla sub imperio terra colentis erat;
nullus adhuc erat usus equi, se quisque ferebat;
ibat ovis lana corpus amicta sua.
sub Iove durabant et corpora nuda gerebant
docta graves imbres et tolerare notos;
nunc quoque detecti referunt monimenta vetusti
moris et antiquas testificantur opes. —
sed cur praecipue fugiat velamina Faunus,
traditur antiqui fabula plena ioci.
forte comes dominae iuvenis Tirynthius ibat:
vidit ab excelso Faunus utrumque iugo,
vidit et incaluit 'montana'que 'numina,' dixit
'nil mihi vobiscum est, hic meus ardor erit.'
ibat odoratis umeros perfusa capillis
Maeonis aurato conspicienda sinu;
aurea pellebant tepidos umbracula soles,
quae tamen Herculeae sustinuere manus.
iam Bacchi nemus et Tmoli vineta tenebat,

---

289 sqq. cf. met. I 89 sqq. am. III 8, 35 sqq. 289. 290 Lact. ad Stat. Theb. IV 275

---

286 concitat ille feras D ς concitat ipse fugas *Pet.* 287 nudos nudus *Btl.* esse D ς 288 cursum ς erat A[2] 291 ferae *unus* ς 292 rude] *h*NI∂ℯ A 294 aucta *(corr.)* A 296 terna A 299 se quoque U[1], *corr.*[2] sub Ioue 302 antiquę U[1], *corr.*[3] 304 antiqu(i[2]) U fa(b)mula: *del.* m A loci U 306 loco A 308 haec *v. sc.* D ς 309 oderatis *(corr. i. m. rec. m.)* A 311 rapidos ς 313 iamque nemus b. t(i)moli *duo* ς mol(l *i. r.*)i A tenebant D ς

Hesperos et fusco roscidus ibat equo
antra subit tofis laqueata et pumice vivo;
garrulus in primo limine rivos erat,
dumque parant epulas potandaque vina ministri,
cultibus Alciden instruit illa suis:
dat tenuis tunicas Gaetulo murice tinctas,
dat teretem zonam, qua modo cincta fuit;
ventre minor zona est, tunicarum vincla relaxat,
ut posset magnas exeruisse manus;
fregerat armillas non illa ad bracchia factas,
scindebant magni vincula parva pedes.
ipsa capit clavamque gravem spoliumque leonis
conditaque in pharetra tela minora sua.
sic epulis functi sic dant sua corpora somno
et positis iuxta secubuere toris;
causa, repertori vitis quia sacra parabant,
quae facerent pure, cum foret orta dies.
noctis erat medium. quid non amor improbus audet?
roscida per tenebras Faunus ad antra venit,
utque videt comites somno vinoque solutos,
spem capit in dominis esse soporis idem.
intrat et huc illuc temerarius errat adulter
et praefert cautas subsequiturque manus.
venerat ad strati captata cubilia lecti
et felix prima sorte futurus erat;
ut tetigit fulvi saetis hirsuta leonis

---

319 Gaet. m. t.: *inconsulto consentit cum Hor. Ep. II 2, 181*
331 sqq. 346 cf. Plaut. Cas. 875 sqq. 906 sqq. *(Skutsch, Mus. Rh. 55, 283 sqq. = Kl. Schr. 194 sqq.)*

---

314 hesperus A (o *in* u), Uς roscid^{u}os: *del.* o A; *cf. Gundel 25 sq.* ib^{a}it A equo(s *del.*) A 315 laqueataque ς 317 portanda D 318 induit D^{1}, *corr.*^{2} 321 uincula laxat D 322 possit ς uastas ς 323 frangit et D 324 scindebat A stringebant ς magnos ς 325 cupit A 326 sonora *Pet.* 328 siccubuere U^{1}, *corr.*^{3}, succubuere A coris *(corr.)* A 329 qu^{i}a A = U, pia DGς 333 sepultos Gς 335 adhuc A 338 fortę A^{1}, *corr.*^{2} 339 fuluis U^{1}, *corr.*^{3}

vellera, pertimuit sustinuitque manum
adtonitusque metu rediit, ut saepe viator
turbatum viso rettulit angue pedem.
inde tori, qui iunctus erat, velamina tangit
mollia mendaci decipiturque nota.
adscendit spondaque sibi propiore recumbit
et tumidum cornu durius inguen erat.
interea tunicas ora subducit ab ima:
horrebant densis aspera crura pilis;
cetera temptantem subito Tirynthius heros
reppulit: e summo decidit ille toro.
fit sonus, inclamat comites et lumina poscit
Maeonis: inlatis ignibus acta patent.
ille gemit lecto graviter deiectus ab alto
membraque de dura vix sua tollit humo.
ridet et Alcides et qui videre iacentem,
ridet amatorem Lyda puella suom.
veste deus lusus fallentes lumina vestes
non amat et nudos ad sua sacra vocat. —
adde peregrinis causas, mea Musa, Latinas,
inque suo noster pulvere currat equos!
cornipedi Fauno caesa de more capella
venit ad exiguas turba vocata dapes,
dumque sacerdotes veribus transuta salignis
exta parant medias sole tenente vias,
Romulus et frater pastoralisque iuventus
solibus et campo corpora nuda dabant;
caestibus et iaculis et misso pondere saxi

341 *Γ* 33   367 sq. cf. Ennius A. 73. 74 V.

340 continuatque manus D   341 metu/ U, manu A   ut sępe m^1 ceu sępe *corr.* U sepe *vel* vepre *Hs.*   342 turbitum *(corr.)* A   345 propriore A   346 rigidum, cupidum *sing.* ς, rigido *unus* ς   347 iam tenues tun. D   349 cubito U^2 351 inclamant AUς   posco *(corr.)* A   356 ly^{d}ra A   360 tuo AU *(corr.)* equis U^1, *corr.*^{2} 361 sqq. *cf. Heinze 27 sqq.*   361 cornipede(m *del.*) A   f. de m. (*ssc.* cęsa) capella A   363 (*et* 373) uerubus ς   transfixa m^1, transsuta *var.* U   367. 368 *v. Bannier, Rh. M. 69, 494*   367 uestibus AU^1ς, cestibus U^2ς, uectibus

bracchia per lusus experienda dabant:
pastor ab excelso 'per devia rura iuvencos
Romule, praedones, et Reme,' dixit 'agunt.'
longum erat armari: diversis exit uterque
partibus, occursu praeda recepta Remi.
ut rediit, veribus stridentia detrahit exta
atque ait 'haec certe non nisi victor edet.'
dicta facit Fabiique simul, venit inritus illuc
Romulus et mensas ossaque nuda videt;
risit et indoluit Fabios potuisse Remumque
vincere, Quintilios non potuisse suos.
fama manet facti: posito velamine currunt,
et memorem famam, quod bene cessit, habet. —
forsitan et quaeras, cur sit locus ille Lupercal,
quaeve diem tali nomine causa notet.
Silvia Vestalis caelestia semina partu
ediderat patruo regna tenente suo;
is iubet auferri parvos et in amne necari:
quid facis? ex istis Romulus alter erit!
iussa recusantes peragunt lacrimosa ministri,
flent tamen et geminos in loca iussa ferunt.
Varro? Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
reddidit, hibernis forte tumebat aquis:
hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres,
quaque iacent valles, Maxime Circe, tuae.
huc ubi venerunt, — neque enim procedere possunt
longius — ex illis unus et alter ait:

373sqq. cf. Liv. I 7, 13 383sqq. Liv. I 4 (Fabius); *cf. Heinze 26sq.* 389 met. XIV 614

G ς *caestus apud Romulum etiam Enn. commemoravit, cf. schol. Bern. ad Georg. II 384 (fr. LI V.)* missi B ς

368 ludos ς 370 eripe B ς 372 retenta D ς 375 fuit *(corr.)* A 378 quintilius *(corr.)* A 380 qui U[2] B ς cessit D ς, gessit A U ς qui bene gessit *Krüg. 22* 382 diem *ssc.*[2] locum A 383 Ilia ς 385 afferri A[2] 389 unda B ς 390 reddit A, *corr.*[2] hibertis *(corr.)* A 391 nunc *supra l.* A[2] 392 queque tacent A, *corr.*[2] 393 hic A n. iam U 394 et] an B erit A, *corr.*[2]

'at quam sunt similes! at quam formosus uterque!
plus tamen ex illis iste vigoris habet.
si genus arguitur voltu, nisi fallit imago,
nescio quem vobis suspicer esse deum.
at si quis vestrae deus esset originis auctor,
in tam praecipiti tempore ferret opem;
ferret opem certe, si non ope mater egeret,
quae facta est uno mater et orba die.
nata simul, moritura simul, simul ite sub undas
corpora!' desierat deposuitque sinu.
vagierunt ambo pariter: sensisse putares!
hi redeunt udis in sua tecta genis.
sustinet inpositos summa cavos alveus unda:
heu quantum fati parva tabella tulit!
alveus in limo silvis adpulsus opacis
paulatim fluvio deficiente sedet.
arbor erat: remanent vestigia, quaeque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.
venit ad expositos, mirum, lupa feta gemellos:
quis credat pueris non nocuisse feram?
non nocuisse parum est, prodest quoque! quos lupa nutrit,
perdere cognatae sustinuere manus!
constitit et cauda teneris blanditur alumnis
et fingit lingua corpora bina sua.
Marte satos scires: timor abfuit; ubera ducunt
nec sibi promissi lactis aluntur ope.

418 Verg. Aen. VIII 630

395 ah A^2U^2 *(bis)* 396 illis B ς istis AU ς 397 uultum si U^1, *corr.*^{3}, ni ς 398 *sic* A e uobis U, in uobis *tres* ς *Ehw. coll. met. XIII 147* suspicor A^2U esse patrem *Btl.* nescio quod vobis .. deûm *Hoffm. 397* deum: *sc. genus; generis vel originis auctorem (399) Ovidio iam obversari videtur* 401 op [illegible]: *ssc.* em A 402 orbita: it *del.* A 403 peritura ς 404 subierat A^1, *corr.*^{2}, siluerat D 405 uagierant A^2 ς clamore pari ς 408 facti summa D dedit A^2 uelit *tres* ς 410 cadit A^3 411 quoque A^2 412 Romula *(in initio)* A^2 416 prodere ς 418 finit A, *corr.*^{2}, lambit D bina corp. lingua A 419 affuit A^1, *corr.*^{2}, abfuit: b *ex* u *m*^{2} U 420 et U *duo* ς ꝓmissi U

illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercis.
  magna dati nutrix praemia lactis habet. —
quid vetat Arcadio dictos a monte Lupercos?
  Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet. —
nupta, quid expectas? non tu pollentibus herbis
  nec prece nec magico carmine mater eris;
excipe fecundae patienter verbera dextrae,
  iam socer optatum nomen habebit avi.
nam fuit illa dies, dura cum sorte maritae
  reddebant uteri pignora rara sui.
'quid mihi' clamabat 'prodest rapuisse Sabinas,'
  Romulus — hoc illo sceptra tenente fuit —,
si mea non vires, sed bellum iniuria fecit?
  utilius fuerat non habuisse nurus.'
monte sub Esquilio multis incaeduos annis
  Iunonis magnae nomine lucus erat.
huc ubi venerunt, pariter nuptaeque virique
  suppliciter posito procubuere genu,
cum subito motae tremuere cacumina silvae
  et dea per lucos mira locuta suos.
'Italidas matres' inquit 'sacer hircus inito.'
  obstipuit dubio territa turba sono.
augur erat, nomen longis intercidit annis:
  nuper ab Etrusca venerat exul humo;
ille caprum mactat; iussae sua terga puellae
  pellibus exsectis percutienda dabant.
Luna resumebat decimo nova cornua motu,
  virque pater subito nuptaque mater erat.
gratia Lucinae! dedit haec tibi nomina lucus,
  aut quia principium tu, dea, lucis habes.
parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis

---

421 ipsa U facit A lepertis: e *del.* A 422 lati *(corr.)* A 422. 423 *add.* A *i. m.* 423. 424 *del. Ri. Merk.* 425 nuptaq; despectas A 428 sacer *(corr.)* A obtati U habebat (i superscr.) ait A 432 ille A 435 esculeo D, *cf. Jordan II 243* 439 notae A[1], *corr.*[2] 441 Italiae ς caper ς hirtus ς *cf. Heinze 30* 442 obstupuit U[2] dubito A 444 omo A[1], *corr.*[2] 445 maritae ς 451 parte *(corr.)* A

maturumque utero molliter aufer onus. —
orta dies fuerit, tu desine credere ventis:
perdidit illius temporis aura fidem;
flamina non constant, et sex reserata diebus
carceris Aeolii ianua lata patet.
iam levis obliqua subsedit Aquarius urna;
proximus aetherios excipe, Piscis, equos.
te memorant fratremque tuom — nam iuncta micatis
signa — duos tergo sustinuisse deos.
terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
tunc cum pro caelo Iuppiter arma tulit,
venit ad Euphraten comitata Cupidine parvo
inque Palaestinae margine sedit aquae.
populus et cannae riparum summa tenebant,
spemque dabant salices hos quoque posse tegi.
dum latet, insonuit vento nemus; illa timore
pallet et hostiles credit adesse manus,
utque sinu tenuit natum, 'succurrite, nymphae,
et dis auxilium ferte duobus!' ait.
nec mora, prosiluit. pisces subiere gemelli:
pro quo nunc — cernis sidera! — nomen habent.
inde nefas ducunt genus hoc inponere mensis
nec violant timidi piscibus ora Syri.

(16) G VIIII KAL. MART. EN. (17) H VIII KAL. MART. QVIR. NP.

Proxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino:
qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit,

---

452 affer, effer *sing.* ς 453 fuerat A, *corr.*[2] 454 prodidit *tres* ς 455 reserata *i. r.* U 456 caeteris A laxa D[2]ς 457—474 *cf. Rob. 29. 233* 457 subsidit *unus* ς 458 aethereos A 459 *cf. Rehm 32sqq. Heinze 59sq.*[2] 461 styphona A 462 procero (l[2] *supra* r) A 463 cuspide *m*[1] *corr. i. m.* D 464 aequae: e *prius del.* A, aqua U 465 tegebant Dς 466 his *vel* hic *Hs.* tesi A 467 insinuit A 469 utq̃; s. (i) tenuit: s *i. r.* *(Keil,* s(i) *Stender)* A natum tenuit Dς 471 gemellis A 472 dignum . munus BGς, *sed cf. Krüg. 23* habet A; *interp. Ehw.*, nunc - cernis? (!) - s. *Gronov, Pet.* *„aliquid latere videtur" Vollmer* 474 ne uiolent Dς tumidi *unus* ς 475 quireno (i *supra* e) A

Verrius sive quod hasta 'cures' priscis est dicta Sabinis:
bellicus a telo venit in astra deus,
Varro sive suo regi nomen posuere Quirites,
Verrius Varro? seu quia Romanis iunxerat ille Cures.
Ennius? nam pater armipotens postquam nova moenia vidit
multaque Romulea bella peracta manu,
'Iuppiter,' inquit 'habet Romana potentia vires:
sanguinis officio non eget illa mei.
redde patri natum! quamvis intercidit alter,
pro se proque Remo qui mihi restat, erit.
'unus erit, quem tu tolles in caerula caeli'
tu mihi dixisti: sint rata dicta Iovis!'
Iuppiter adnuerat. nutu tremefactus uterque
est polus, et caeli pondera movit Atlas.
est locus, antiqui Capreae dixere paludem:
forte tuis illic, Romule, iura dabas.
sol fugit, et removent subeuntia nubila caelum,
et gravis effusis decidit imber aquis.
hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether:
fit fuga, rex patriis astra petebat equis.
luctus erat, falsaeque patres in crimine caedis,
haesissetque animis forsitan illa fides;
sed Proculus Longa veniebat Iulius Alba,
lunaque surgebat, nec facis usus erat,

481—488 ∼ met. XIV 805—815 *(Heinze 17)* 487 = met. XIV 814 = Enn. A. I 65 V. 489—512 ∼ met. XIV 816—828 *(Heinze 39 sqq.)*; Liv. I 16 *(Ehw. Pr. 1892, 12 Sofer 23, sed cf. Heinze 39[1])* 489 Verg. Aen. IX 106

---

477 curis U[2] B G ς hasta-Sabinis *parenthesin iud. Ehw.* 478 telo: t *i. r.* U 479 suum ς regno *(corr.)* A 485 inter sidet U[1], *corr.*[3] altum A 487 sidera U *(i. r.)* D ς 489 motu D 490 est populus A nouit ς sensit ς 491 capream ς 492 uiris G ς illu[c]m A tura A 493 remanent U[1], *corr.*[3] cęli A[1], *corr.*[2], U[1], *corr.*[3] 494 effusus .. aquas A, *corr.*[2] 495 Hi[n]c A et m. D 496 patebat A 498 anim[7] A 499 pro-cul elonga A U D ς, *recte* G ς *Proculus Julius: v. Heinze 40 sq.*[1] *Longa Alba: v. Norden ad Verg. Aen. VI 766* 500 fulgebat U B ς

cum subito motu saepes tremuere sinistrae:
rettulit ille gradus, horrueruntque comae.
pulcher et humano maior trabeaque decorus
Romulus in media visus adesse via
et dixisse simul 'prohibe lugere Quirites,
nec violent lacrimis numina nostra suis;
tura ferant placentque novom pia turba Quirinum
et patrias artes militiamque colant!'
iussit et in tenues oculis evanuit auras;
convocat hic populos iussaque verba refert.
templa deo fiunt, collis quoque dictus ab illo est,
et referunt certi sacra paterna dies. —
lux quoque cur eadem Stultorum festa vocetur, Varro
accipe! parva quidem causa, sed apta subest.
non habuit doctos tellus antiqua colonos:
lassabant agiles aspera bella viros.
plus erat in gladio quam curvo laudis aratro:
neglectus domino pauca ferebat ager.
farra tamen veteres iaciebant, farra metebant,
primitias Cereri farra resecta dabant;
usibus admoniti flammis torrenda dederunt
multaque peccato damna tulere suo.
nam modo verrebant nigras pro farre favillas,
nunc ipsas ignes corripuere casas;
facta dea est Fornax: laeti Fornace coloni
orant, ut fruges temperet illa suas.

---

525 cf. Lact. I 20, 35 *(Wiss. I 158)*

---

501 metus *(corr.)* A nubes creuere BG ς, nub. crepuere, sonuere ς 502 ịḷḷẹ ille A horruerant D 506 ne(c[2]) uol& *ssc.* n U lumina A 507 pacent (q; *postea add.*) nodum (*ssc.* u) p. t. quiritum A 508 militiaque U[1], *corr.*[2] 510 populum U[2] patres ς uisaque D uerbaque iussa B ς 511 faciunt ς est *om.* ς *cf. VI 795 sq. et Wiss. II 270 sq. 144 sq. Franke 10 sqq.*

512 certa . . die D 513 st[l]utorum fe | ta A 515 tellus doctos UD ς 517 quam *ssc.* in U 520 refecta A 521 uịsibus A torrenta A dedere B ς 523 proferre A 524 ipsa signes: s *prius del.* A igni U [c]ṭasas A 526 temper[e]at ips[l2]a A

curio legitimis nunc Fornacalia verbis
maximus indicit nec stata sacra facit,
inque foro multa circum pendente tabella
signatur certa curia quaeque nota,
stultaque pars populi, quae sit sua curia, nescit,
sed facit extrema sacra relata die.

(18) A XII KAL. MART. C. (19) B XI KAL. MART. C.
(20) C X KAL. MART. C. (21) D VIIII KAL. MART. FERAL. NP.

Est honor et tumulis animas placare paternas
parvaque in extructas munera ferre pyras.
parva petunt manes: pietas pro divite grata est
munere; non avidos Styx habet ima deos.
tegula porrectis satis est velata coronis
et sparsae fruges parcaque mica salis
inque mero mollita Ceres violaeque solutae:
haec habeat media testa relicta via.
nec maiora veto, sed et his placabilis umbra est;
adde preces positis et sua verba focis.
hunc morem Aeneas, pietatis idoneus auctor,
adtulit in terras, iuste Latine, tuas;
ille patris Genio sollemnia dona ferebat:
hinc populi ritus edidicere pios.
at quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis
bella, Parentales deseruere dies.
non inpune fuit; nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
vix equidem credo: bustis exisse feruntur
et tacitae questi tempore noctis avi,

---

527 fornacula *(corr.)* A 528 incit|| *ssc.*[2] di A stata| U 530 cera . sua D 532 relicta U ς 533 placate *Hs. Zielinski* 534 extinctas (= *tres* ς) ferte *Hs. Ziel.* 536 st|ix: r *eras.* A 537 ,prectis U 538 paru͏̣aque (c *ssc.*) A = U, sparsaque D 540 habet immedia D reperta *unus* ς, relecta *Hs.*, relata *Ziel.*, *sed cf. Ehw. Burs. 109, 249 sq.* 546 hic (n *ssc.*) U 547 atandam *(corr.)* A 549 impone (v[2] *ssc.*) A

perque vias Vrbis latosque ululasse per agros
deformes animas, volgus inane, ferunt.
post ea praeteriti tumulis redduntur honores,
prodigiisque venit funeribusque modus.
dum tamen haec fiunt, viduae cessate puellae;
expectet puros pinea taeda dies,
nec tibi, quae cupidae matura videbere matri,
comat virgineas hasta recurva comas.
conde tuas, Hymenaee, faces et ab ignibus atris
aufer! habent alias maesta sepulcra faces.
di quoque templorum foribus celentur opertis,
ture vacent arae stentque sine igne foci!
nunc animae tenues et corpora functa sepulcris
errant, nunc posito pascitur umbra cibo.
nec tamen haec ultra, quam tot de mense supersint
Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.
hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem; Varro
ultima placandis manibus illa dies. —
ecce anus in mediis residens annosa puellis
sacra facit Tacitae — nec tamen illa tacet —
et digitis tria tura tribus sub limine ponit,
qua brevis occultum mus sibi fecit iter;
tunc cantata ligat cum fusco licia plumbo
et septem nigras versat in ore fabas,

---

553 latiosque Cς *cf. met. IX 643* 554 de (fo[2])rmes U 556 prodigiisqua *(corr.* æ*)* ẹuenit A 557 fiunt Uς, fieret *ssc.*[2] nt A, fient ς auidae D cessare A; *cf. Pascal, Herm. XXX 554 sq.* 558 expectat A pineat aeda *i. m. rec. m.* spinea taeda A 559 Haec A matri| U 561 facis A 563 temporum (*ssc.* l). caelentur A 564 que *om.* A 565 functị *ssc.* a A 566 errent A 567 hoc U tot] qođ A supersit A, supersunt ς 568 qđ Aς pedes Uς, dies Aς, deas *Winther (coll. ep. Sapph. 108) prob. Ehw.*, fides *Bergk*, Luctiferos .. dies *Hülsen, cum Pet. et Wiss. I 232*[8] *(cf. Nick III) Ovid. erravisse persuasum habeo* 569 hunc *ssc.* a A dicunt *Scal.* 572 nec A I *i. r.* M, uix Uς illa Aς, ipsa Uς, *sed cf. 602; Krüg. 23* 573 simul *lin. del.* AU, tribus *corr.* Aς 574 occultam *(corr.)* A 575 tum IBς ligat Uς, tenet Aς *Ehw. coll. VI 158, sed cf. 581* vinximus fuso ς *Hoffm.* lucia *(corr.)* A rhombo *duo* ς *pro v. l. (am. I 8, 7) cf. Wünsch 402 sq.* 576 uersat: a *ex* e *corr.* A

quodque pice adstrinxit, quod acu traiecit aena,
  obsutum maenae torret in igne caput;
vina quoque instillat: vini quodcumque relictum est,
  aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa, bibit.
'hostiles linguas inimicaque vinximus ora'
  dicit discedens ebriaque exit anus. —
protinus a nobis, quae sit dea Muta, requires:
  disce, per antiquos quae mihi nota senes.
Iuppiter inmodico Iuturnae victus amore
  multa tulit tanto non patienda deo:
illa modo in silvis inter coryleta iacebat,
  nunc in cognatas desiliebat aquas.
convocat hic nymphas, Latium quaecumque tenebant,
  et iacit in medio talia verba choro:
'invidet ipsa sibi vitatque, quod expedit illi,
  vestra soror summo concubuisse deo.
consulite ambobus! nam, quae mea magna voluptas,
  utilitas vestrae magna sororis erit.
vos illi in prima fugienti obsistite ripa,
  ne sua fluminea corpora mergat aqua.'
dixerat; adnuerant nymphae Tiberinides omnes
  quaeque colunt thalamos, Ilia diva, tuos.
forte fuit nais, Lara nomine, prima sed illi
  dicta bis antiquom syllaba nomen erat,
ex vitio positum; saepe illi dixerat Almo

---

583 cf. Lact. I 20, 35

---

577 a(d)strixit AU transfixit U 578 obtusum U, obscurum ς menae G, *corr. Hs.*, mente AU, mane ł menta *m*[2] D terret A, *corr.*[1], U inigne$\overset{c}{a}$ put A 581 lingas A, *item* 602. 608 iunximus, uincimus ς 582 dicet AD 583sqq. *cf. Wiss. II 140sq.* 583 forsitan *duo* ς requiras ς 585 indomito UBς captus UBς 586 parienda A, *corr.*[2] 587 latebat ς 589 quotcumque *duo* ς tenebas *unus* ς 591 dei *i. m. m*[1] ł sibi Aς, ipsi ς 592 concubuisse ADς, iungere membra UBς 593 uoluntas U[1], *corr.*[3] 594 magna ADς, prima UBς 595 uis A 596 flamminea *(corr.)* A 597 annuerunt *unus* ς nymphae U, oms A tyb. omnes AU, tyb. undae ς 599 lara Gς, lar AUς 600 erit A 601 uiuo *(corr.)* A uitio *i. r.* U

'nata, tene linguam,' nec tamen illa tenet.
quae simul ac tetigit Iuturnae stagna sororis,
'effuge' ait 'ripas!' dicta refertque Iovis.
illa etiam Iunonem adiit miserataque nuptas,
'naida Iuturnam vir tuos' inquit 'amat.'
Iuppiter intumuit, quaque est non usa modeste,
eripit huic linguam Mercuriumque vocat:
'duc hanc ad manes; locus ille silentibus aptus.
nympha, sed infernae nympha paludis erit.'
iussa Iovis fiunt; accepit lucus euntes:
dicitur illa duci tunc placuisse deo;
vim parat hic, voltu pro verbis illa precatur
et frustra muto nititur ore loqui
fitque gravis geminosque parit, qui compita servant
et vigilant nostra semper in Vrbe, Lares.

(22) E VIII KAL. MART. C.

Proxima cognati dixere Karistia kari,
et venit ad socios turba propinqua deos;
scilicet a tumulis et qui periere propinquis
protinus ad vivos ora referre iuvat,
postque tot amissos quidquid de sanguine restat,
adspicere et generis dinumerare gradus.
innocui veniant! procul hinc, procul inpius esto
frater et in partus mater acerba suos,
cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
quae premit invisam socrus iniqua nurum!

602 nate BD tene(t *del.*[2]) U ipsa A 603 hac tetegit I. stagne A 604 effulgeat *(corr.)* A 605 miseratque A nuptam ς, nimpham D[1] 606 an[9] *corr.* amat A 608 eripuit DBς monet UGς 609 hanc] ait *unus* ς 610 erat (i[2] *superscr.*) A 611 lacus (u *superscr.*) A 612 tum Uς suo Bς 613 huic A 616 aede ς 617sqq.: *cf. Jacoby, Rh. M. 65, 51 sq.*[1] 617 cogniti A, *corr.*[1] car. cari ω *exc.* A 618 socias .. dapes ς 619 sed U propinqui AUς 621 genere G 622 dinumera re A, annumerare U[1], *corr.*[3] 623 innocuit uenient A 624 tuos H 625 degerit (i *superscr.*) A 626 inuisum A, *corr.*[2]

Tantalidae fratres absint et Iasonis uxor
  et quae ruricolis semina tosta dedit
et soror et Progne Tereusque duabus iniquos
  et quicumque suas per scelus auget opes!
dis generis date tura boni — Concordia fertur
  illa praecipue mitis adesse die —
et libate dapes, ut, grati pignus honoris,
  nutriat incinctos missa patella Lares,
iamque ubi suadebit placidos nox umida somnos,
  larga precaturi sumite vina manu
et 'bene vos, bene te, patriae pater, optime Caesar!'
  dicite subfuso (sic sacra verba!) mero!

(23) F VII KAL. MART. TER. NP.

Nox ubi transierit, solito celebretur honore
  separat indicio qui deus arva suo!
Termine, sive lapis sive es defossus in agro
  stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.
te duo diversa domini de parte coronant
  binaque serta tibi binaque liba ferunt.
ara fit: huc ignem curto fert rustica testu

---

639 sqq. *cf. Jacoby, Rh. M. 65, 51 sq.*[1] 641—644 Tib. I 1, 11 sq. *(Weinreich, Herm. 56, 340 sq.)*

---

627 tantalides A et *i. r.* m^2 A u(x *i. r.*)or A 629 prone A (g^2 s. l.) procne UD 631 bonis I ς tura, boni *Btl.* 632 illo ς iubet *i. m.*[1] ł die A 633 grati(s *del.*) A amoris A^2U^3Dς 634 incinctos V, intinctos AU, intactos B, immissos D iussa D lares CGMI, cibos AUς 635 ultima BGς 636 parca MC^2 *v. sc.* I precatura *unus* ς uerba A 637 nos ς tu ς *i. m. rec. m.* Gratulatio ut saepius apud Plautum A 638 subfuso (sic s. v.!) *Ehw.*, suffuso in AU^1Bς, per U^3ς, post *unus* ς, sint DGς, sub *Pet.* sacra AUGς, bona DCς, sint (*vel* ter) rata (*vel* bona) verba *Hs.* ter sacra v. *Ri.* sic bona v. *Bäh.*, *v. Hilb. Serta Hartel. 173* 640 iuditio A 642 tu] sic Dς nomen AUς 643 pro Dς 644 bina|||serta A liba UDBς *ex I 670 irrepsisse nego*, dona Aς *Ehw.* 645 huc ς, hinc A = Uς, huic ς curto fert rustica testo U curto *(s. l.)* fert rustico (*ssc.* a) texta (*ssc.* o) A, *in quo i. m. rec. m.* Ex quodam vet. cod. Ara fit huc ignem curto fert rustica testu; curta (curua Bς, curuo ς, *ex* G *nihil adnot.*) f. r. testa (tecto G) BDGς; *cf. V 510*

sumptum de tepidis ipsa colona focis.
ligna senex minuit confissaque construit arte
et solida ramos figere pugnat humo;
tum sicco primas inritat cortice flammas,
stat puer et manibus lata canistra tenet;
inde, ubi ter fruges medios inmisit in ignis,
porrigit incisos filia parva favos.
vina tenent alii: libantur singula flammis;
spectant, et linguis candida turba favet.
spargitur et caeso communis Terminus agno
nec queritur, lactans cum sibi porca datur.
conveniunt celebrantque dapes vicinia simplex
et cantant laudes, Termine sancte, tuas:
'tu populos urbesque et regna ingentia finis;
omnis erit sine te litigiosus ager.
nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
legitima servas credita rura fide:
si tu signasses olim Thyreatida terram,
corpora non leto missa trecenta forent,
nec foret Othryades congestis lectus in armis.
o quantum patriae sanguinis ille dedit!
quid, nova cum fierent Capitolia? nempe deorum
cuncta Iovi cessit turba locumque dedit;
Terminus, ut veteres memorant, inventus in aede
restitit et magno cum Iove templa tenet;

663sqq. cf. Herod. I 82; A. P. VII 431

---

646 ḷạpịṣ *ssc.*[2] tepidis A 647 ac construit *ssc.*[1] confisaque A, *unde* confissaque *ci. Ehw.*, concisa construit U, concissa *vel* conscissa constr. ς alte U, apte *duo Heins., cf. Magnus, Stud. zu Ovids Met. 6* 649 dum *unus* ς inuitat U, *corr.*[3] 650 puer *s. l.* A laxa D 651 ignes (i *s. l.*) A 653 aliḅi A 654 fauent ς 655 caesa . agna *unus* ς 656 lactens *s. l.* U 658 cantat A[1], *corr.*[2] 659 fines (i[2] *s. l.*) A 662 iura D 663 thyaterida A, tyạṭẹịrida (h[2] *s. l.*) U, *corr.*[2], tyriade D 665 coniestis U[1], *corr.*[3] lectus *Barth*, tectus ω 666 patrii *Postg., sed cf. A. P. VII 431, 6. 8* 668 *add.*[2] *l. m.* A 669 iuuentus A[1], *corr.*[2] = U, conuentus Cς inmotus *Gemoll*, intentus? *Ehw.* 670 ut A, *corr.*[1]

nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,
exiguom templi tecta foramen habent.
Termine, post illud levitas tibi libera non est:
qua positus fueris in statione, mane
nec tu vicino quicquam concede roganti,
ne videare hominem praeposuisse Iovi,
et, seu vomeribus seu tu pulsabere rastris,
clamato „tuos est hic ager, ille tuos“!'
est via, quae populum Laurentes ducit in agros,
quondam Dardanio regna petita duci:
illa lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris
sacra videt fieri sextus ab Vrbe lapis;
gentibus est aliis tellus data limite certo:
Romanae spatium est Vrbis et orbis idem.

(24) G VI KAL. MART. REGIF. N.

errius Nunc mihi dicenda est regis fuga; traxit ab illa
sextus ab extremo nomina mense dies.
ivius ultima Tarquinius Romanae gentis habebat
regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.
ceperat hic alias, alias everterat urbes
et Gabios turpi fecerat arte suos.
namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
in medios hostes nocte silente venit.
nudarant gladios: 'occidite' dixit 'inermem!
hoc cupiant fratres Tarquiniusque pater,
qui mea crudeli laceravit verbere terga.'
dicere ut hoc posset, verbera passus erat.

---

687 Liv. I 53. 54 (Herod. III 154sqq. V 92) *cf. Sofer 7sqq. Heinze 45sqq.* 693 Verg. Aen. II 103sq.

---

671 sine sider$\overset{a^2}{e}$ A 672 templạ *ssc.* i A erat *expunct. ssc.* habent A 674 Quịa .. manes Aς 675 rogant| U 676 Nec A prọposuisse *ssc.* e A 678 suus D *pauci* ille tuus A^1U^1D i. suus A^2U^2, *sed cf. Hor. serm. I 1, 17 (Hertzberg)* 679 populos Dς 681 illac B, illic ς 683 in lim. BDς 684 Romana(e?) A, romanis UD Romanae *sc. genti; cf. Rut. Nam. I 66* 685 dic. mihi regis ς illo: *ad* o *ras.*, illa m^2 U 686 Quintus *unus* ς Septimus extenso ς nomine A 689 Coeperat A 694 cupiunt UD 695 lacerant *(corr.)* A 696 haec *m. rec.*

luna fuit: spectant iuvenem gladiosque recondunt
tergaque deducta veste notata vident;
flent quoque et, ut secum tueatur bella, precantur;
callidus ignaris adnuit ille viris,
iamque potens misso genitorem adpellat amico,
perdendi Gabios quod sibi monstret iter.
hortus odoratis suberat cultissimus herbis
sectus humum rivo lene sonantis aquae:
illic Tarquinius mandata latentia nati
accipit et virga lilia summa metit.
nuntius ut rediit decussaque lilia dixit,
filius 'adgnosco iussa parentis' ait.
nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina
traduntur ducibus moenia nuda suis. —
ecce, nefas visu, mediis altaribus anguis
exit et extinctis ignibus exta rapit:
consulitur Phoebus; sors est ita reddita: 'matri
qui dederit princeps oscula, victor erit.'
oscula quisque suae matri properata tulerunt,
non intellecto credula turba deo;
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset
tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis;
ille iacens pronus matri dedit oscula Terrae
creditus offenso procubuisse pede.
cingitur interea Romanis Ardea signis
et patitur longas obsidione moras.
dum vacat et metuont hostes committere pugnam,
luditur in castris, otia miles agit,
Tarquinius iuvenis socios dapibusque meroque
accipit; ex illis rege creatus ait:

---

711 Liv. I 56, 4—12 721 Liv. I 57. 58

U uerbara: *ssc.* e A 702 prodendi ς 704 riua A sonentis A 705 T. aquis *(lin. del.)* mandatịṣ (*ssc.* a) A 706 *cf. Herod. V 92 et Wendland, N. Jahrb. 1916, 233*[1] 713 fors *(corr.)* A 714 primus D 715 suo *(corr.)* A 718 superbā (e *ssc.*) A 719 tacens *(corr.)* A 720 creditur A interea: *cf. Heinze, Verg. ep. T.*[3] *388*[2] 722 longis (a *ssc.*) A = U, lentas GM ς 723 contēpnere A 726 ex] atque ς

'dum nos sollicitos pigro tenet Ardea bello
  nec sinit ad patrios arma referre deos,
ecquid in officio torus est socialis? et ecquid
  coniugibus nostris mutua cura sumus?'
quisque suam laudat: studiis certamina crescunt,
  et fervet multo linguaque corque mero;
surgit, cui dederat clarum Collatia nomen:
  'non opus est verbis, credite rebus!' ait.
'nox superest, tollamur equis Vrbemque petamus!'
  dicta placent, frenis inpediuntur equi.
pertulerant dominos: regalia protinus illi
  tecta petunt, custos in fore nullus erat.
ecce nurus regis fusis per colla coronis
  inveniunt posito pervigilare mero;
inde cito passu petitur Lucretia, cuius
  ante torum calathi lanaque mollis erat;
lumen ad exiguom famulae data pensa trahebant,
  inter quas tenui sic ait illa sono:
'mittenda est domino — nunc, nunc properate, puellae! —
  quam primum nostra facta lacerna manu!
quid tamen auditis? nam plura audire potestis!
  quantum de bello dicitur esse super?
postmodo victa cades! melioribus, Ardea, restas!
  inproba, quae nostros cogis abesse viros.
sint tantum reduces! sed enim temerarius ille
  est meus et stricto qualibet ense ruit.
mens abit, et morior, quotiens pugnantis imago
  me subit, et gelidum pectora frigus habet.'

---

730 cf. Consol. ad Liv. 302 742—760 Tib. I 3, 83—90
749—759 cf. fort. Serv. Aen. VIII 646

---

727 difficilis BGς 729 Et q. A *(corr.)* U et etquid U
732 feruent BGς 733 clarum ded. *unus* ς 737 prot. reg. A
739 nurus *Nodell ad Aviani fab. (Antwerp. 1787) p. 108, cf. Liv. I 57, 9,* nurum ω 740 more A 741 cuius] nebat *(cf. 771)* Gς *Hs.* 743 exitiū *(corr.)* A 744 ipsa BGς 747 audistis BGς poteṣtis A, soletis *duo* ς 749 cędes U, *corr.*^{2}
restat U^1, *corr.*^{2} 752 quolibet ς 753 maior U^1, *corr.*^{3}
754 Meṇsubit A

desinit in lacrimas inceptaque fila remisit
in gremio voltum deposuitque suom.
hoc ipsum decuit: lacrimae decuere pudicam,
et facies animo dignaque parque fuit.
'pone metum, veni!' coniunx ait, illa revixit
deque viri collo dulce pependit onus.
interea iuvenis furiales regius ignis
concipit et caeco raptus amore furit.
forma placet niveusque color flavique capilli
quique aderat nulla factus ab arte decor;
verba placent et vox et quod corrumpere non est,
quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.
iam dederat cantus lucis praenuntius ales,
cum referunt iuvenes in sua castra pedem.
carpitur adtonitos absentis imagine sensus
ille; recordanti plura magisque placent.
sic sedit, sic culta fuit, sic stamina nevit,
neglectae collo sic iacuere comae;
hos habuit voltus, haec illi verba fuerunt,
hic color, haec facies, hic decor oris erat.
ut solet a magno fluctus languescere flatu,
sed tamen a vento, qui fuit, unda tumet,
sic, quamvis aberat placitae praesentia formae,
quem dederat praesens forma, manebat amor.
ardet et iniusti stimulis agitatur amoris:
comparat indigno vimque metumque toro.
'exitus in dubio est: audebimus ultima!' dixit
'videris! audentes forsque deusque iuvat.

---

770 Apollon. Rhod. III 453sqq.

---

755 desiit *Korn* lacrimis A ς intentaque U *pauci* remittit UB ς, *sed cf. Krüg. 23* 756 suo A ς 757 cecidere U pudicę UG 759 uenio B ς, tuus est *i. m.*[s] al uenio U 761 furiatus *ssc.* leis U, furiatos *Hs.* 764 aderant A 765 quã A ς 767 cant' A, cantum ς 769 attonitus U, *corr.*[3] 772 Neglectaeque UBDG ς, Inlectaeque A, Iniectaeque ς 774 color AD ς, decor UG ς hic f. A decor AD ς, color U ς 775 flatu U, fluctu A 776 uentu A[1], *corr.*[2] quo fluit U tument A 777 Sed A 779 agitatus U[3] ς 780 dolumque U ς 782 uideris *Ehw., cf. B. 12*[1], uiderit ω deusne U ς meusque (mensque *Keil*) A ς ne . ne U ς, ue . ue I iuuant ς

cepimus audendo Gabios quoque.’ talia fatus
  ense latus cinxit tergaque pressit equi.
accipit aerata iuvenem Collatia porta
  condere iam voltus sole parante suos;
hostis ut hospes init penetralia Collatini;
  comiter excipitur: sanguine iunctus erat.
quantum animis erroris inest! parat inscia rerum
  infelix epulas hostibus illa suis.
functus erat dapibus: poscunt sua tempora somnum;
  nox erat et tota lumina nulla domo:
surgit et aurata vagina liberat ensem
  et venit in thalamos, nupta pudica, tuos,
utque torum pressit, ‘ferrum, Lucretia, mecum est!’
  natus ait regis ‘Tarquiniusque loquor.’
illa nihil, neque enim vocem viresque loquendi
  aut aliquid toto pectore mentis habet,
sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis
  parva sub infesto cum iacet agna lupo.
quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnans.
  clamet? at in dextra, qui vetet, ensis erat.
effugiat? positis urgentur pectora palmis;
  tunc primum externa pectora tacta manu.
instat amans hostis precibus pretioque minisque;
  nec prece nec pretio nec movet ille minis
‘nil agis! eripiam’ dixit ‘per crimina vitam;
  falsus adulterii testis adulter ero!
interimam famulum, cum quo deprensa fereris!’

784 cingit ϛ 785 Acceptę rata A 786 parẹnte *(corr.)* A collatina *duo* ϛ 789 quantus inest animis error U 790 hospitis. sui U 791 somni Uϛ 793 auratum UBϛ, aeratum *Korn* deripit UBDϛ 794 ad D 795 ferumq; (*ssc.*^{2} r) lucreti^7 m. es A 796 regi Star|quiniusque A uocor Uϛ; *interp. Hilb.* 799 fremit U, tremuit A deprẹnsa: *ssc.* & U 801 pugnans Aϛ, pugna UBϛ 802 uetat Dϛ adest U *pauci* ϛ 804 Nunc *pauci* ϛ externa(s *del.*) A 805 minisṭrọ *ssc.* que U 807 pro crimine U 808 erit Uϛ 809 quoḍ A deprẹnsa: r *eras. et* e *ssc.* U

subcubuit famae victa puella metu.
quid, victor, gaudes? haec te victoria perdet!
heu quanto regnis nox stetit una tuis!
iamque erat orta dies: passis sedet illa capillis,
ut solet ad nati mater itura rogum,
grandaevomque patrem fido cum coniuge castris
evocat, et posita venit uterque mora,
utque vident habitum, quae luctus causa, requirunt,
cui paret exequias quoque sit icta malo?
illa diu reticet pudibundaque celat amictu
ora: fluont lacrimae more perennis aquae;
hinc pater, hinc coniunx lacrimas solantur et orant,
indicet, et caeco flentque paventque metu.
ter conata loqui ter destitit ausaque quarto
non oculos ideo sustulit illa suos.
'hoc quoque Tarquinio debebimus? eloquar,' inquit,
'eloquar infelix dedecus ipsa meum?'
quaeque potest, narrat; restabant ultima: flevit,
et matronales erubuere genae.
dant veniam facto genitor coniunxque coactae:
'quam' dixit 'veniam vos datis, ipsa nego.'
nec mora, celato fixit sua pectora ferro
et cadit in patrios sanguinulenta pedes.
tunc quoque iam moriens, ne non procumbat honeste,
respicit: haec etiam cura cadentis erat.
ecce super corpus communia damna gementes
obliti decoris virque paterque iacent.
Brutus adest tandemque animo sua nomina fallit

---

833. 834 Eurip. Hec. 568sqq. (met. XIII 479)
837 Liv. I 59

---

810 fama' U 814 at natis A 815 grandaeumque: d *i. r. et* u *ssc.* A fidi A 818 par (*om.* &) A ue Uς acta *(corr.)* |,,: *s. ras.* modo A 819 retinet A amictu(s *del.*) U 821 or'ant A 824 adeo Uς, ad eos ς *Koch*, udos *Ri.*, ab humo *Korn* 829 dat U ueniant *(corr.)* A fa(c)sto A coacto Uς 831 figit Uς cultro Uς 833 tum U 835 dan(na) A 837 animos A

fixaque semianimi corpore tela rapit
stillantemque tenens generoso sanguine cultrum
edidit inpavidos ore minante sonos:
'per tibi ego hunc iuro fortem castumque cruorem
perque tuos manes, qui mihi numen erunt,
Tarquinium profuga poenas cum stirpe daturum!
iam satis est virtus dissimulata diu!'
illa iacens ad verba oculos sine lumine movit
visaque concussa dicta probare coma.
fertur in exequias animi matrona virilis
et secum lacrimas invidiamque trahit;
volnus inane patet; Brutus clamore Quirites
concitat et regis facta nefanda refert.
Tarquinius cum prole fugit, capit annua consul
iura: dies regnis illa suprema fuit. —
fallimur, an veris praenuntia venit hirundo
et metuit, ne qua versa recurrat hiems?
saepe tamen, Progne, nimium properasse quereris,
virque tuo Tereus frigore laetus erit.

(25) H V KAL. MART. C. (26) A IIII KAL. MART. EN.
(27) B III KAL. MART. EQ. NP. (28) C PR. KAL. MART. C.

errius Iamque duae restant noctes de mense secundo,
Marsque citos iunctis curribus urget equos;
ex vero positum permansit Equirria nomen,
quae deus in campo prospicit ipse suo.
iure venis, Gradive: locum tua tempora poscunt,

838 semianim|s: i *ssc.* A corpori U 840 so . nos: o *i. r.* A 841 castrumque: r *ras.* A 844 dissi|mulanter: i *i. r.*, n *del.*, a *pro* er A 845 Ille *(corr.)* A 847 ad ς Exequias fertur *Scal.* 848 inuidia U^1, *corr.*^{2} 850 refers *(corr.)* A 852 regis *(corr.)* A, regni U^1, *corr.*^{3} 853—864 *om.; i. m. rec. m. adsc.:* Desunt XII uersus U 853 annueris A praenuntianit *(corr.)* A 854 Nec *Koch, Kreußler* 855 fereris Bς 856 erit: i *pro* a *deleto* A 858 cito A citis iunctos *Ri. Maas, Arch. f. l. Lex. XII 542* 859 uero: o *pro* e *deleto* A eciuria *m*^{1} eciurria *m*^{2} *vel*^{3} I ecuria M 860 campo(s *del.*) A prospicit: *pro* ro *deletis sc.* er A

signatusque tuo nomine mensis adest.
venimus in portum libro cum mense peracto:
naviget hinc alia iam mihi linter aqua!

LIBER TERTIVS

⟨PROOEMIVM⟩

Bellice, depositis clipeo paulisper et hasta,
Mars, ades et nitidas casside solve comas!
forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poetae:
a te, qui canitur, nomina mensis habet!
ipse vides manibus peragi fera bella Minervae:
num minus ingenuis artibus illa vacat?
Palladis exemplo ponendae tempora sume
cuspidis! invenies et quod inermis agas.
tunc quoque inermis eras, cum te Romana sacerdos
cepit, ut huic Vrbi semina magna dares.
Silvia Vestalis — quid enim vetat inde moveri? —
sacra lavaturas mane petebat aquas;
ventum erat ad molli declivem tramite ripam:
ponitur e summa fictilis urna coma,
fessa resedit humo ventosque accepit aperto
pectore turbatas restituitque comas.
dum sedet, umbrosae salices volucresque canorae
fecerunt somnos et leve murmur aquae;
blanda quies furtim victis obrepsit ocellis,
et cadit a mento languida facta manus.

11sq. Prisc. II 475. 559H.

862 adest ω, adest *unus*, erat A 864 hinc A iam mea ς P. OUIDII NASONIS FASTORVM FINIT LIBER II INCIPIT LIBER TERTIVS A FASTORUM LIBER · III · U

III 2 adest A 3 rogas D 5 fieri D peragit f. b. minerua U 9 tum U 10 coepit et A digna Uς 11sqq. *cf. Heinze 24* Ilia B 14 factilis *unus* ς; *cf. Prop. IV 4, 16 (Pet.)* 15 humi U recepit U[8] aperto: o *adras.* U 16 turbatus A 19 obrescit *ssc.* p U, subrepsit Bς uictos oppressit ocellos ς 20 $\overset{a}{e}$mento A

Mars videt hanc visamque cupit potiturque cupita
  et sua divina furta fefellit ope.
somnus abit, iacet ipsa gravis: iam scilicet intra
  viscera Romanae conditor Vrbis erat.
languida consurgit nec scit, cur languida surgat,
  et peragit talis arbore nixa sonos:
'utile sit faustumque, precor, quod imagine somni
  vidimus! an somno clarius illud erat?
ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis
  decidit ante sacros lanea vitta focos;
inde duae pariter, visu mirabile, palmae
  surgunt; ex illis altera maior erat
et gravibus ramis totum protexerat orbem
  contigeratque sua sidera summa coma.
ecce meus ferrum patruus molitur in illas:
  terreor admonitu, corque timore micat.
Martia, picus, avis gemino pro stipite pugnant
  et lupa: tuta per hos utraque palma fuit.'
dixerat et plenam non firmis viribus urnam
  sustulit; inplerat, dum sua visa refert.
interea crescente Remo, crescente Quirino
  caelesti tumidus pondere venter erat;
quo minus emeritis exiret cursibus annus,
  restabant nitido iam sua signa deo:
Silvia fit mater, Vestae simulacra feruntur
  virgineas oculis opposuisse manus;
ara deae certe tremuit pariente ministra,
  et subiit cineres territa flamma suos.
hoc ubi cognovit contemptor Amulius aequi, —

45 cf. VI 289

23 illa Uς nam Aς intra U 24 eras *pauci* ς 25 nescit Uς 26 calis A, tales *s. l.* U arbor enixa A 27 somni ; *1 lit. eras.* U 30 sacros *om.* A uicta U, *corr.*^{2}, uita A 31 (du *i. r.*^{1})ae U 33 (et gr *i. r.*^{2}) U 34 contigerantque U noua BGς 35 mollitur A 36 micat Aς, pauet UBς, salit D 37 pugnans AU^{1}, pugnant U^{3}, pugnat BDς 38 l^{u}patata A 41 interea: *cf. ad II 721* 43 mensibus G annus *supra ras.* A 44 sua AU^{1}, duo U^{2}ς 48 suas D

nam raptas fratri victor habebat opes —
amne iubet mergi geminos; scelus unda refugit,
in sicca pueri destituontur humo.
lacte quis infantes nescit crevisse ferino,
et picum expositis saepe tulisse cibos?
non ego te, tantae nutrix Larentia gentis,
nec taceam vestras, Faustule pauper, opes;
vester honos veniet, cum Larentalia dicam:
acceptus geniis illa December habet.
Martia ter senos proles adoleverat annos,
et suberat flavae iam nova barba comae;
omnibus agricolis armentorumque magistris
Iliadae fratres iura petita dabant,
saepe domum veniunt praedonum sanguine laeti
et redigunt actos in sua iura boves.
ut genus audierunt, animos pater editus auget,
et pudet in paucis nomen habere casis,
Romuleoque cadit traiectus Amulius ense,
regnaque longaevo restituontur avo.
moenia conduntur, quae quamvis parva fuerunt,
non tamen expediit transiluisse Remo.
iam, modo quae fuerant silvae pecorumque recessus,
Vrbs erat: aeternae tum pater Vrbis ait:
'arbiter armorum, de cuius sanguine natus Varro
credor, et ut credar, pignora multa dabo!
a te principium Romano dicimus anno:
primus de patrio nomine mensis erit.'
vox rata fit, patrioque vocat de nomine mensem.
dicitur haec pietas grata fuisse deo,

51 sqq. cf. II 385 sqq.

50 fratris ς uict(or *i. r.*) U 51 pueros U 53 late A 55 laurentia AUς 57 laurentalia AUς 61 ministris ADς *sed cf. Liv. I 4, 6* 62 Iliades Dς 64 regrediunt *(corr.)* A actas Dς rura ς 65 Et D audierant Uς agnitus Uς 66 paruis ς 71 Nam D qua ς nemorumque D 72 cum Aς 74 Cred^{o}r A pingera U certa ς 75 ducimus Bς 76 eris A, eat Bς 77 fit p. *supra ras.* A^3

Varro et tamen ante omnes Martem coluere priores:
hoc dederat studiis bellica turba suis.
Pallada Cecropidae, Minoia Creta Dianam,
Volcanum tellus Hypsipylea colit,
Iunonem Sparte Pelopeiadesque Mycenae,
pinigerum Fauni Maenalis ora caput,
Mars Latio venerandus erat, quia praesidet armis:
arma ferae genti remque decusque dabant.
quodsi forte vacas, peregrinos inspice fastos:
Varro mensis in his etiam nomine Martis erit.
tertius Albanis, quintus fuit ille Faliscis,
sextus apud populos, Hernica terra, tuos;
inter Aricinos Albanaque tempora constat
factaque Telegoni moenia celsa manu;
quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus acer,
a tribus hunc primum turba Forensis habet;
et tibi cum proavis, miles Paeligne, Sabinis
convenit: huic genti quartus utrique deus;
Romulus hos omnes ut vinceret ordine saltem,
sanguinis auctori tempora prima dedit. —
Varro nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas:
ille minor geminis mensibus annus erat.
nondum tradiderat victas victoribus artes
Graecia, facundum, sed male forte genus;
qui bene pugnabat, Romanam noverat artem:
mittere qui poterat pila, disertus erat.
quis tunc aut Hyadas aut Pleiadas Atlanteas
senserat aut geminos esse sub axe polos,
esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet,

79 ante homines D 81 minoia(m *del.*) A 85 latio(s *eras.*) U 88 eris A 91 constant U *pauci* ς 93 Quartum *unus* ς *Huschke,* Nonum *Bergk* acer BCς, sacer A, asper UDGς 94 Auribus A turbo A curensis Uς 96 hic Bς uterque AUς deas A 101 tradideras *unus* ς 102 gr$\overset{e}{a}$tia A = D 103 pugnabaṇt A, pugnarat ς marτem: m *prius del.* A 105 Qui *ssc.* s A pliadas U 106 polo A 107 uocatur U 108 graianira *ssc.* carina A uocat U^1, notat U^3

signaque quae longo frater percenseat anno,
  ire per haec uno mense sororis equos?
libera currebant et inobservata per annum
  sidera, constabat sed tamen esse deos.
non illi caelo labentia signa tenebant,
  sed sua, quae magnum perdere crimen erat,
illa quidem feno, sed erat reverentia feno,
  quantam nunc aquilas cernis habere tuas!
pertica suspensos portabat longa maniplos,
  unde maniplaris nomina miles habet.
ergo animi indociles et adhuc ratione carentes
  mensibus egerunt lustra minora decem.
annus erat, decimum cum Luna receperat orbem:
  hic numerus magno tunc in honore fuit,
seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,
  seu quia bis quino femina mense parit,
seu quod adusque decem numero crescente venitur,
  principium spatiis sumitur inde novis.
inde patres centum denos secrevit in orbes
  Romulus hastatos instituitque decem,
et totidem princeps, totidem pilanus habebat
  corpora, legitimo quique merebat equo;
quin etiam partes totidem Titiensibus ille,
  quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.
adsuetos igitur numeros servavit in anno;

115—118 Serv. ad Verg. Aen. XI 870 *(addit. in Paris. 7965)*
121 sqq. cf. I 27 sqq.

---

109 p̄censeat *(corr.)* A 111 et inobseruata UBGς, non obs. Aς annos B *pauci* ς 112 constabant AU^{1}, *corr.* U^{2} deo/ (? *Keil*) A; *cf. Gundel 110* 113 mouebant ς, notabant Dς 114 ponder& *ssc.* er A 115 quid. e *Serv.?*, illaque de *pauci* ς *Scal.* rev. foeno A, faeni D 117 suspensos: *ssc.* a A 119 indocibịles A adhac *ssc.* u A 121 repleuerat *pauci* ς 123 digitis A 124 quinto *Madv.* 126 nobis *(corr.)* AU 127 Impares A pares Bς *Scal. Lipsius* urbe Uς 130 legitima quoque A 131 t$\overset{i^{1}}{o}$tiensibus A, cupientibus U^{1}, *corr.*^{3}, tatiensibus ς idem *duo* ς 133 Ad/suetos A seruabit U^{1} anno(s *del.*) A

hoc luget spatio femina maesta virum.
Varro neu dubites, primae fuerint quin ante Kalendae
Martis, ad haec animum signa referre potes:
laurea flaminibus, toto quae perstitit anno,
tollitur, et frondes sunt in honore novae;
ianua tunc regis posita viret arbore Phoebi;
ante tuas fit idem, curia prisca, fores;
Vesta quoque ut folio niteat velata recenti,
cedit ab Iliacis laurea cana focis;
adde, quod arcana fieri novos ignis in aede
dicitur, et vires flamma refecta capit.
nec mihi parva fides annos hinc isse priores,
Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli;
hinc etiam veteres initi memorantur honores
ad spatium belli, perfide Poene, tui;
Varro denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, et inde
incipit, a numero nomina quisquis habet.
Varro primus oliviferis Romam deductus ab arvis
Pompilius menses sensit abesse duos,
sive hoc a Samio doctus, qui posse renasci
nos putat, Egeria sive monente sua.
sed tamen errabant etiam nunc tempora, donec
Caesaris in multis haec quoque cura fuit.
non haec ille deus tantaeque propaginis auctor
credidit officiis esse minora suis
promissumque sibi voluit praenoscere caelum
nec deus ignotas hospes inire domos.
ille moras solis, quibus in sua signa rediret,
traditur exactis disposuisse notis;
is decies senos ter centum et quinque diebus

---

135 debites A primaę A 136 p$^{o^2}$utes A 137 toto quae D *Marx 230,* quae toto *cett.* 139 nunc *duo* ς 140 ante(t)ua *i. r.* sitidem AB ς 141 qu^{o}q; A niteat folio B ς 142 caedit A 145 hic *ssc.* n A esse AU 146 mensere-pe|nte AU[1] *(sine ras.)* ς, *corr.* U[2] 150 a] in A 152 d|os *ssc.* u A[1] 154 momentae *(corr.)* A 155 tunc U ς 160 Ne(c[2]) A 161 mor(a[2])s U regna U 162 noctis A 163 ter|| n-tum *ssc.* ce A

iunxit et e pleno tempora quinta die.
hic anni modus est: in lustrum accedere debet,
quae consummatur partibus, una dies.

(1) D. K. MART. NP.

'Si licet occultos monitus audire deorum
vatibus, ut certe fama licere putat,
cum sis officiis, Gradive, virilibus aptus,
dic mihi, matronae cur tua festa colant.'
sic ego, sic posita dixit mihi casside Mavors,
sed tamen in dextra missilis hasta fuit:
'nunc primum studiis pacis deus utilis armis
advocor et gressus in nova castra fero,
nec piget incepti; iuvat hac quoque parte morari,
hoc solam ne se posse Minerva putet.
disce, Latinorum vates operose dierum,
quod petis, et memori pectore dicta nota.
parva fuit, si prima velis elementa referre,
Roma, sed in parva spes tamen huius erat.
moenia iam stabant populis angusta futuris,
credita sed turbae tunc nimis ampla suae;
quae fuerit nostri, si quaeris, regia nati,
adspice de canna straminibusque domum.
in stipula placidi capiebat munera somni
et tamen ex illo venit in astra toro,
iamque loco maius nomen Romanus habebat,
nec coniunx illi nec socer ullus erat.

167sqq. Liv. I 8, 4sqq. *(Sofer 12sq.)* 177 cf. I 110
181 Liv. I 8, 4 184 cf. I 199

---

164 quinta Aς, iuncta U, quarta ς 166 consumatur ς 167 scilicet AU[1], *corr.*[2] monitis *(corr.)* A 168 certiṣ *ssc.* e A licer& put& A 169 uiribus A 170 matronae | cur U facta U[1], *corr.*[2] colunt UBς *nescio an recte, cf. I 91 sq. 149* 176 solum *ssc.* a A p|tet (e *ssc.*) A 178 *i. m. add.* A 179sqq. *cf. Sofer 12sq., Heinze 37sq.* 179 p|ma (i *ssc.*) A 180 tamen urbis UD 184 cannis U 185 carpebat D, *sed cf. I 205* 188 sacer A

spernebant generos inopes vicinia dives,
  et male credebar sanguinis auctor ego.
in stabulis habitasse et oves pavisse nocebat
  iugeraque inculti pauca tenere soli.
cum pare quaeque suo coeunt volucresque feraeque,
  atque aliquam, de qua procreet, anguis habet,
extremis dantur conubia gentibus, at, quae
  Romano vellet nubere, nulla fuit:
indolui patriamque dedi tibi, Romule, mentem:
  'tolle preces' dixi 'quod petis, arma dabunt.'
Varro ? festa parat Conso. — Consus tibi cetera dicet
  illo gesta die, dum sua sacra canet.
Livius intumuere Cures et quos dolor attigit idem:
  tum primum generis intulit arma socer.
iamque fere raptae matrum quoque nomen habebant,
  tractaque erant longa bella propinqua mora:
conveniunt nuptae dictam Iunonis in aedem,
  quas inter mea sic est nurus ausa loqui:
Varro 'o pariter raptae, quoniam hoc commune tenemus,
  non ultra lente possumus esse piae.
stant acies, sed utra di sint pro parte rogandi,
  eligite! hinc coniunx, hinc pater arma tenet:
quaerendum est, viduae fieri malitis an orbae!
  consilium vobis forte piumque dabo.'
consilium dederat: parent crinesque resolvunt
  maestaque funerea corpora veste tegunt.

---

211 Liv. I 13, 3

---

189 spernebat ς 191 boues ς paruisse: r *del.* A 193 Compare A 195 atque A 197sqq. *cf. Merk. Proll. LXXXII sqq. Sofer 13*[1] 199 para A^2Uς, paro *unus* ς dicit A 200 gesta *Hs.*, feste A, festa UB, facta Iς cum Bς canet *Gron.*, canes AUς sacra facis, coles, colas, feres ς 201 tures A qđ A 203 habebat *ssc.* n A; *cf. Samter 54sqq. Sofer 13 Franke 46* 206 medias est n. ς sic n. *unus* ς *Hilb.* orsa ς 208 lentae .. pie *Madv.* 209 sedut tr(ter?) U 210 tenent ς 211 est *om.* ς fieri‖ (*ssc.* ma)litis Aς, malimus UBς 212 nobis Aς

iam steterant acies ferro mortique paratae,
  iam lituos pugnae signa daturus erat,
cum raptae veniunt inter patresque virosque
  inque sinu natos, pignora cara, tenent.
ut medium campi scissis tetigere capillis,
  in terram posito procubuere genu,
et, quasi sentirent, blando clamore nepotes
  tendebant ad avos bracchia parva suos:
qui poterat, clamabat avom tunc denique visum,
  et, qui vix poterat, posse coactus erat.
tela viris animique cadunt, gladiisque remotis
  dant soceri generis accipiuntque manus
laudatasque tenent natas, scutoque nepotem
  fert avos: hic scuti dulcior usus erat.
inde diem, quae prima mea est, celebrate Kalendas,
  Oebaliae matres! non leve nomen habent.
an, quia committi strictis mucronibus ausae
  finierant lacrimis Martia bella suis,
vel quod erat de me feliciter Ilia mater,
  rite colunt matres sacra diemque meum? —
quid, quod hiems adoperta gelu tunc denique cedit,
  et pereunt lapsae sole tepente nives;
arboribus redeunt detonsae frigore frondes,
  uvidaque in tenero palmite gemma tumet,
quaeque diu latuit, nunc se qua tollat in auras,

---

219 Liv. I 13, 1   237—242 cf. I 151—154

---

215 stabant UBς 216 lituo tubicen G daturu(s *i. r.*) A 217 patresque: s *m.*[2] U 218 cura A ferunt Bς 219 passis UBς 223 tum *i. m.*[1] tunc A 224 posse| U 225 uires A animusque *duo* ς 228 fers| (*ssc.* t) auos A 229 diem quae prima meas AU diem primasque meas DCς dies quae prima mea est *Ehw. Burs. 109, 218* quae priva *Merk.* celebrate *Ehw.*, celebrare ω 230 Oebalidae, Oebalides, Italides ς numen ς munus Uς, *cf. codd. II 472,* habent: *sc. Kalendae* 231 an U[1]Bς *cf. 773—779,* aut AU[3] mu.. crob (ni *ssc.*); A 231 sqq. *interp. Ehw.* 234 meam? *Ehw.* 235 tum UBς 236 uictę UBς sole *ex* solo U 238 uuidaque Uς, nudaque Aς, humidaque DBCς, uiuidaque ς in] e M[1] uiuaque de G[2] 239 toll.t (i[2] *ssc.*) Aς

fertilis occultas invenit herba vias;
nunc fecundus ager, pecori nunc hora creandi,
nunc avis in ramo tecta laremque parat:
tempora iure colunt Latiae fecunda parentes,
quarum militiam votaque partus habet. —
adde, quod, excubias ubi rex Romanus agebat,
qui nunc Esquilias nomina collis habet,
illic a nuribus Iunoni templa Latinis
hac sunt, si memini, publica facta die.
quid moror et variis onero tua pectora causis?
eminet ante oculos, quod petis, ecce, tuos!
mater amat nuptas: matrem mea turba frequentat;
haec nos praecipue tam pia causa decet.'
ferte deae flores! gaudet florentibus herbis
haec dea; de tenero cingite flore caput!
dicite 'tu nobis lucem, Lucina, dedisti!'
dicite 'tu voto parturientis ades!'
si qua tamen gravida est, resoluto crine precetur,
ut solvat partus molliter illa suos. —
quis mihi nunc dicet, quare caelestia Martis
arma ferant Salii Mamuriumque canant?
nympha, mone, nemori stagnoque operata Dianae;
nympha, Numae coniunx, ad tua facta veni!
vallis Aricinae silva praecinctus opaca
est lacus, antiqua religione sacer;
hic latet Hippolytus loris direptus equorum,

---

263 met. XV 488 265 sq. cf. Serv. Verg. Aen. VII 778 (Callim.); cf. VI 737 sqq.

---

241 pecoris *i. m.*^{1} A pecor$\overset{s^3}{\text{i}}$ est U ‖ ora A U^1 ‖ pecori .. creando *Hs.* 243 f$\overset{e}{\text{a}}$cunda A 245 regi (*om.* ubi) U *duo* ς habebat UBς 246 qua *Hs.* exquilias U *Gilb. I 167* 247 n$\overset{''}{\text{u}}$ribus illic$\overset{7}{\text{a}}$ A 249 morer A 250 ecce (*with marks beneath*) A 251 matrum me A, *corr. Merk.*, matrem quoque U, matris me t . (frequentant = ς) *Hs.* 253 Forte *(corr.)* A 259 dicat ς 260 forant *(corr.)* A, ferunt ς Namuriumque A, Marmuriumque ς uocant Dς 261 adoperta D 263 aracinae A 264 Et A locus ς 265 iacet U furiis U^{3}Bς, *sed cf. Krüg. 23 sq.* distractus BGς, decerptus ς

unde nemus nullis illud aditur equis.
licia dependent longas velantia saepes,
et posita est meritae multa tabella deae;
saepe potens voti frontem redimita coronis
femina lucentes portat ab Vrbe faces;
regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces,
et perit exemplo postmodo quisque suo;
defluit incerto lapidosus murmure rivos:
saepe, sed exiguis haustibus inde bibi.
Egeria est, quae praebet aquas, dea grata Camenis:
illa Numae coniunx consiliumque fuit.
principio nimium promptos ad bella Quiritis
molliri placuit iure deumque metu;
inde datae leges, ne firmior omnia posset,
coeptaque sunt pure tradita sacra coli.
exuitur feritas, armisque potentius aequum est,
et cum cive pudet conseruisse manus,
atque aliquis modo trux visa iam vertitur ara
vinaque dat tepidis farraque salsa focis.
ecce deum genitor rutilas per nubila flammas
spargit et effusis aethera siccat aquis;
non alias missi cecidere frequentius ignes:
rex pavet; et volgi pectora terror habet.
cui dea 'ne nimium terrere! piabile fulmen
est,' ait 'et saevi flectitur ira Iovis. Auctor a Valerio Antiato pendens
sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi

275 met. XV 482 (Liv. I 21)

266 initur G 271 fortes manibusque f., *i. m.* pedibusque A, fortesque manu p. f. BGς, manibus fortes pedibusque sequaces ς 272 quique(s *ssc.*[2])suos A 273 riuos A 274 auctibus A bibi ς, bibit AUς, bibes, bibis, bibet ς 275 ca^{menis} A 277 promptus A quiri^{i}tes A 279 fortior ς, *cf. codd. met. VII 457 Plin. ep. I 12, 12 III 9, 11* 281 exuitur *i. r.* U ¦¦que: *ssc.* armis A potentib; U[1], *corr.*[3] 282 conse(r *i. r.*)uisse U 284 coepidis A salsaque farra U, *cf. Hilb. 160* 285 nubilia A 286 sic^{a}t A 288 Res A torr& habet A 290 saeu¦i¦ A, summi D ^{i}ora A

tradere, Romani numen utrumque soli.
nec sine vi tradent: adhibe tu vincula captis.'
atque ita qua possint edidit arte capi.
lucus Aventino suberat niger ilicis umbra,
quo posses viso dicere 'numen inest!'
in medio gramen, muscoque adoperta virenti
manabat Saxo vena perennis aquae.
inde fere soli Faunus Picusque bibebant:
huc venit et Fonti rex Numa mactat ovem
plenaque odorati disponit pocula Bacchi
cumque suis antro conditus ipse latet.
ad solitos veniunt silvestria numina fontes
et relevant multo pectora sicca mero.
vina quies sequitur; gelido Numa prodit ab antro
vinclaque sopitas addit in arta manus.
somnus ut abscessit, pugnando vincula temptant
rumpere; pugnantes fortius illa tenent.
tunc Numa: 'di nemorum, factis ignoscite nostris,
si scelus ingenio scitis abesse meo,
quoque modo possit fulmen, monstrate, piari!'
sic Numa, sic quatiens cornua Faunus ait:
'magna petis, nec quae monitu tibi discere nostro
fas sit: habent finis numina nostra suos.
di sumus agrestes et qui dominemur in altis
montibus; arbitrium est in sua tecta Iovi.
hunc tu non poteris per te deducere caelo,
at poteris nostra forsitan usus ope.'

---

301 cf. Arnob. adv. nat. V 1

---

292 prodere U roman(is$^{2?}$) A uterque ς 293 adhibetu AUDς, adhibeto ς tu] sua *Hs.* 294 erudit UBGς 296 $\overset{o}{\text{quę}}$ A uino *(corr.)* A 298 man(a *i. r.*)bat U Saxo *Gilb. II 156; cf. V 150* 300 fronti: r *del.* A 301 q *s. l.* A 306 sopitos: o *sup. ras.* A 307 tentando . pugnant ς 309 Tum BDς 310 satis: *s. l.* si A 311 flumen A^2 313 neque A dicere Aς 314 finis A 316 tela Bς *cf. Krüg. 24* Iouis U^2 317 $\overset{e}{\text{parte}}$: a *del.* A

dixerat haec Faunus, par est sententia Pici;
'deme' tamen 'nobis vincula', Picus ait,
'Iuppiter huc veniet valida perductus ab arte!
nubila promissi Styx mihi testis erit.'
emissi laqueis quid agant, quae carmina dicat
qua trahat a superis sedibus arte Iovem,
scire nefas homini! nobis concessa canentur
quaeque pio dici vatis ab ore licet:
eliciunt caelo te, Iuppiter; unde minores
nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant.
constat Aventinae tremuisse cacumina silvae,
terraque subsedit pondere pressa Iovis;
corda micant regis, totoque e corpore sanguis
fugit, et hirsutae deriguere comae.
ut rediit animus, 'da certa piamina' dixit
'fulminis, altorum rexque paterque deum,
si tua contigimus manibus donaria puris,
hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat!'
adnuit oranti, sed verum ambage remota
abdidit et dubio terruit ore virum.
'caede caput' dixit; cui rex 'parebimus'; inquit
'caedenda est hortis eruta cepa meis.'
addidit hic 'hominis;' 'sumes' ait ille 'capillos,'
postulat hic animam; cui Numa 'piscis' ait.
risit et 'his' inquit 'facito mea tela procures,
o vir conloquio non abigende deum;
sed tibi, protulerit cum totum crastinus orbem
Cynthius, imperii pignora certa dabo.'
dixit et ingenti tonitru super aethera motum

---

320 erit A, *corr.*^{2} 321 summa Dς deductus ς arce U^{1}Dς 323 laquei A quid a. laqueis *pauci* ς dicat A *duo* ς, dicant Uς 324 quaque trahant Uς 325 canantur *unus* ς 331 et A pectore U 332 diriguere UD 337 uerborum ambage D remotum *Monac. v. l.* 338 addidit AD 339 parebi mus A 341 summos *pauci* ς, *cf. Krüg. 24* ait *supra ras.* A, erit BDς 343 repelias Dς 344 ambigendo A meo Dς 345 protulerat *(corr.)* A totum cum *Marx 230* 346 pectora A^1, *corr.*^{2} 347 motum BGς, notum AUς

fertur adorantem destituitque Numam.
ille redit laetus memoratque Quiritibus acta:
tarda venit dictis difficilisque fides.
'at certe credemur,' ait 'si verba sequetur
exitus: en audi crastina, quisquis ades!
protulerit terris cum totum Cynthius orbem,
Iuppiter imperii pignora certa dabit.'
discedunt dubii, promissaque tarda videntur,
dependetque fides a veniente die.
mollis erat tellus rorata mane pruina:
ante sui populus limina regis adest;
prodit et in solio medius consedit acerno;
innumeri circa stantque silentque viri.
ortus erat summo tantummodo margine Phoebus:
sollicitae mentes speque metuque pavent;
constitit atque caput niveo velatus amictu
iam bene dis notas sustulit ille manus
atque ita 'tempus adest promissi muneris,' inquit
'pollicitam dictis, Iuppiter, adde fidem!' —
dum loquitur, totum iam sol emoverat orbem,
et gravis aetherio venit ab axe fragor;
ter tonuit sine nube deus, tria fulmina misit.
credite dicenti! mira, sed acta loquor.
a media caelum regione dehiscere coepit,
submisere oculos cum duce turba suo:
ecce levi scutum versatum leniter aura
decidit! a populo clamor ad astra venit.
tollit humo munus caesa prius ille iuvenca,

377 Isid. Etym. XVIII 12, 3

348 deseruitque UBς numen A[1], *corr.*[2] 351 Adcerte A credemur *tres* ς, credemus AUDς, credamus Bς, credetis ς sequatur Bς 353 totum cum *Marx 230, cf. 345* 354 dabat A, *corr.*[2] 355 turba A 356 aduenientе AUBς 357 rorataque ς 359 aceruo A 361 a marine A 363 aquae A 364 benodis A 365 numinis U 367 sole mouerat A emerserat ς, euoluerat ς 369 fulgura Uς, *sed cf. Ehw. Burs. 109, 218* 372 suos ς 373 leni .. leuiter D a(ur[2])a U 374 cla(mor[2] *s. l.*) U 375 *cf. Schulze 5*

quae dederat nulli colla premenda iugo,
idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est,
quaque notes oculis, angulus omnis abest.
tum, memor imperii sortem consistere in illo,
consilium multae calliditatis init:
plura iubet fieri simili caelata figura,
error ut ante oculos insidiantis eat;
Mamurius — morum fabraene exactior artis,
difficile est ulli dicere — clausit opus.
cui Numa munificus 'facti pete praemia;' dixit
'si mea nota fides, inrita nulla petes.'
iam dederat Saliis a saltu nomina ducta
armaque et ad certos verba canenda modos;
tum sic Mamurius: 'merces mihi gloria detur,
nominaque extremo carmine nostra sonent.'
inde sacerdotes operi promissa vetusto
praemia persolvont Mamuriumque vocant. —
nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo,
differ! habent parvae commoda magna morae;
arma movent pugnas; pugna est aliena maritis;
condita cum fuerint, aptius omen erit. —
his etiam coniunx apicati cincta Dialis
lucibus inpexas debet habere comas.

---

377. 378 *i. m.* A^{2} Adque A^{2} 378 quemque U^{3} 379 Tunc *(corr.)* A sorte A consisterem illo A 382 ea(nt^{2}) A 383 murum A 384 ulli AU^{3} illud U^{1} *cf. Ehw. B. 71* 385 pede *(corr.)* A 386 (sic . . fides) *ci. et interp. Ehw.* pedes A 387 quisaltu (*ssc.* s. a U) nomina ducunt Uς, a saltu numina (u *in* o *m*^{2}) dicta Aς ducta ς *Hs., cf. I 467* 388 sonos D 389 Tunc U g$^{l^2}$r$^{a^2}$ouidetur A 390 carmina U, *corr.*^{2}; *cf. Usener, Rh. M. XXII 211 sqq., sed v. Wiss. I 148*^{1} 392 Marmuriumque canunt D 394 *cf. Usener 222* 395 pugnas U, pugnam Dς, pugnae A^{2} *i. m. prob. Ehw. coll.* arma ancilia mouent *Calend. Philoc. ad Mart. 9, sed interest aliquid inter ancilia et pugnae* ma A 397—400 *om.* A, *add.*^{2} *i. m., cf. Vah. II 97* 397 coni. apicati cincta ς, *cf. Bergk, Op. I 661,* capitis coniux distincta A^{2}, coni. apicati s̄c̄a U *(ex VI 226) Ri.* apicali cincta G, cunctis apicalis cincta D

(2) E VI NON. MART. F. (3) F V NON. MART. C.
(4) G IIII NON. MART. C.

Tertia nox de mense suos ubi moverit ortus,
 conditus e geminis Piscibus alter erit;
nam duo sunt: austris hic est, aquilonibus ille
 proximus; a vento nomen uterque tenet.

(5) H III NON. MART. C.

Cum croceis rorare genis Tithonia coniunx
 coeperit et quintae tempora lucis aget,
sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes,
 mergetur visus effugietque tuos.
at non effugiet Vindemitor: hoc quoque causam
 unde trahat sidus, parva docere mora est.
Ampelon intonsum satyro nymphaque creatum
 fertur in Ismariis Bacchus amasse iugis;
tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi,
 quae nunc de pueri nomine nomen habet;
dum legit in ramo pictas temerarius uvas,
 decidit: amissum Liber in astra tulit.

(6) A PR. NON. MART. NP.

Sextus ubi Oceano clivosum scandit Olympum
 Phoebus et alatis aethera carpit equis,
quisquis ades castaeque colis penetralia Vestae,
 gratare Iliacis turaque pone focis!

---

405 Germ. Arat. 91 *(Robert 74, sed Pet. II 49)*

---

399 dimœrsa A^2, de mense U *Rappold,* demensa, dimensa, demersa, demissa ς, emersa *Hs.* hortus U, ortus ς *Rappold,* iguos A^2 402 utrumque A 403 rura(u *m*^{2} *in* o)regenis A 406 emerget *Merk.* 408 trahit U^1, *corr.*^{2} referre Gς 409 Ampe . lon (*ssc.* in) tonsum: elon *i. r., pro* lo *m*^{1} ru A satyris A 411. 412 *del. Hs. Merk.* e fr. U fontibus A, *corr.*^{2} 414 uehit Gς 415 ubi e terra A scandet ς 416 elatis Gς æ(ę)quora AU, ł ethera U^2 carpet ς $\overset{e^2}{\text{a}}$quis A 417 canęque GM 418 Cratera UGς

Caesaris innumeris, quos maluit ille mereri,
  accessit titulis pontificalis honor.
ignibus aeternis aeterni numina praesunt
  Caesaris: imperii pignora iuncta vides.
di veteris Troiae, dignissima praeda ferenti,
  qua gravis Aeneas tutus ab hoste fuit,
ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos
  numina, cognatum, Vesta, tuere caput!
quos sancta fovet ille manu, bene vivitis, ignes:
  vivite inextincti, flammaque duxque, precor.

(7) B NON. MART. F.

Una nota est Marti Nonis, sacrata quod illis
  templa putant lucos Veiovis ante duos.
Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,
  'quilibet huc' dixit 'confuge; tutus eris.'
o quam de tenui Romanus origine crevit!
  turba vetus quam non invidiosa fuit!
ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet,
  disce, quis iste deus curve vocetur ita.
Iuppiter est iuvenis: iuvenalis adspice voltus;
  adspice deinde manus: fulmina nulla tenet.
fulmina post ausos caelum adfectare Gigantes
  sumpta Iovi, primo tempore inermis erat;
ignibus Ossa novis et Pelion altius Ossa
  arsit et in solida fixus Olympus humo.
stat quoque capra simul: nymphae pavisse feruntur

423 Verg. Aen. II 296 439 cf. met. I 152 ex P. IV 8, 59

419 quem Gς, quo *Merk.*, quis *Rappold* 421 alternis æterna (*ssc.* i) A 422 imperii|: s *eras.* U uidet ABς 423 De U ferenti AU^1(?), f(abilla *i. r.*) U^2, fauilla ς 426 ueste A 427 mane A, *corr.*^{2} 428 inextinctis A dux: que *om.* A 429 martis ς 430 putent *(corr.)* A utiouis AU^1ς, ueiouis U^3ς, Vediouis *Merk., cf. Wiss. I 237*^{1} 432 inquid U^1, inquit U^2ς 433 detinui(t *del.*) A 435 Nec Aς 436 quid U^1, *corr.*^{2}, que Bς 438 manus ς *Hilb.*, manu AU, manum BCς tenet *i. r.* U^1, tenent ς deinde, manu .. tenet *Merk.* 439 altus *corr.* ausos A temptare D gigantas U 441 nob' U altior U^3

Cretides, infanti lac dedit illa Iovi.
nunc vocor ad nomen: vegrandia farra colonae,
quae male creverunt, vescaque parva vocant;
vis ea si verbi est, cur non ego Veiovis aedem
aedem non magni suspicer esse Iovis? —
iamque, ubi caeruleum variabunt sidera caelum,
suspice: Gorgonei colla videbis equi.
creditur hic caesa gravidae cervice Medusae
sanguine respersis prosiluisse comis;
huic supra nubes et subter sidera laspo
caelum pro terra, pro pede pinna fuit,
iamque indignanti nova frena receperat ore,
cum levis Aonias ungula fodit aquas.
nunc fruitur caelo, quod pennis ante petebat,
et nitidus stellis quinque decemque micat. —

(8) C VIII ID. MART. F.

protinus adspicies venienti nocte Coronam
Gnosida: Theseo crimine facta dea est.
iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum,
quae dedit ingrato fila regenda viro;
sorte tori gaudens 'quid flebam rustica?' dixit,
'utiliter nobis perfidus ille fuit.'
interea Liber depexos crinibus Indos
vicit et Eoo dives ab orbe redit;

---

444 Cyrnides A^1 **445** Hunc A uehegrandia Aς, ut gr. U^1 (uel gr. *Laing*), uegr. U^3, uel gr. ς coloni U^3ς **446** *i. m.* A^2 **447** uerbis U uel iouis A, uł i. U^1, ueiouis U^3 **448** suspicor D ioui A **449** uariabant A **451** caesa *pauci* ς, caesae grauida AUς **452** iubis UDς **453. 454** *i. m.* A^2 sup. pa A^2 lpso A^2 **454** penna Uς **456** *cf. Rehm 29*

458 nitid$\overset{u}{\text{is}}$ A *post* 458 *notam adsc. Ehw. (cf. Pet. II 50), a. 517 Merk.* **460** Gnosia U, Cnosid *ssc.* a A thoeseo: oe *m*^{2} *ex* eo(?) U **461** sqq. *cf. Haupt, Op. II 71: Heinze 60* **462** regenda Aς *cf. Cat. 64, 113 Ov. her. 10, 72*, legenda UBGς *cf. met. VIII 173 Prop. IV 4, 42* **463** tauri A^1, *corr.*^{2} **465** interea: *cf. ad II 721* depexus Gς **466** Vincit Uς uenit Uς

inter captivas facie praestante puellas
  grata nimis Baccho filia regis erat.
flebat amans coniunx spatiataque litore curvo
  edidit incultis talia verba comis:
'en iterum, fluctus, similis audite querelas!
  en iterum lacrimas accipe, harena, meas!
dicebam, memini, 'periure et perfide Theseu!'
  ille abiit, eadem crimina Bacchus habet.
nunc quoque 'nulla viro' clamabo 'femina credat!'
  nomine mutato causa relata mea est!
o utinam mea sors, qua primum coeperat, isset,
  iamque ego praesenti tempore nulla forem!
quid me in desertis perituram, Liber, harenis
  servabas? potui dedoluisse semel!
Bacche levis leviorque tuis, quae tempora cingunt,
  frondibus, in lacrimas cognite Bacche meas,
ausus es ante oculos adducta paelice nostros
  tam bene compositum sollicitare torum?
heu ubi pacta fides? ubi, quae iurare solebas?
  me miseram, quotiens haec ego verba loquar?
Thesea culpabas fallacemque ipse vocabas:
  iudicio peccas turpius ipse tuo!
ne sciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar,
  ne totiens falli digna fuisse puter!
praecipue cupiam celari Thesea, ne te
  consortem culpae gaudeat esse suae.
ut puto, praeposita est fuscae mihi candida paelex!
  eveniat nostris hostibus ille color!

---

471 sqq. Cat. 64, 132 sqq. 493 perfide Theseu Cat. 64, 133 Aetna 584

---

469 ama(ns²) U littora A 471 similes fluctus (*corr.* fl. sim.) U 472 accipite: it *del.* A 474 illa habiit A 476 nomina A 479 in *om.* UDBς perituram *duo* ς iuber *(corr.)* A 484 Iam U 485 ubiq; A 486 loquor Dς 487 Theseu A 488 turpiter Dς 489 nesciat Dς h$\overset{o^{2}}{\text{ę}}$c A utor m^1, *i.* $m.^2$ ł urar A 490 pater A^1, *corr.*² 491 caelari. necem (netem *Stender*) A 493 At UDς

quid tamen hoc refert? vitio tibi gratior ipso est!
quid facis? amplexus inquinat illa tuos!
Bacche, fidem praesta nec praefer amoribus ullam
coniugis! adsuevi semper amare virum.
ceperunt matrem formosi cornua tauri,
me † uiat et laedit † ille pudendus amor!
ne noceat, quod amo! neque enim tibi, Bacche, nocebat,
quod flammas nobis fassus es ipse tuas;
nec, quod nos uris, mirum facis: ortus in igne
diceris et patria raptus ab igne manu.
illa ego sum, cui tu solitus promittere caelum.
ei mihi, pro caelo qualia dona fero!'
dixerat; audibat iam dudum verba querentis
Liber, ut a tergo forte secutus erat:
occupat amplexu lacrimasque per oscula siccat
et 'pariter caeli summa petamus!' ait,
'tu mihi iuncta toro mihi iuncta vocabula sumes,
nam tibi mutatae Libera nomen erit,
sintque tuae tecum faciam monimenta coronae,
Volcanus Veneri quam dedit, illa tibi.'
dicta facit gemmasque novem transformat in ignes:
aurea per stellas nunc micat illa novem.

---

513 sqq. cf. Ps. Erat. Cat. 5 p. 66 R. 515 cf. met. VIII 180

---

495 tibi] si *unus* ς 496 suos (t *supra* s) A 497 prȩstat U[1], *corr.*[2] 498 assuetae *unus* ς 499 Coeperunt A 500 Meuiat & ledit A, Me iuuat et laedit UDBς, Me tua me laedit ς, sed l. ς, Me tua me laudat B *va. rec. m.*, Me tua; nec laudant. ille G pud. ėrat B, eat B[2] me tua: at hic laudi est, ille p. a. *Hs.* me tua: te laedis: ille p. a. *Madv.* me tua: vae! rediit ille p. a. *Ehw.* me tua: sic rediit ille p. a. *Korn*, *sed Ariadnes amor vix recte „pudendus" dicatur; attamen cf. her. 4, 57 sqq.* 502 nris *(corr.)* A 503 Ne A 507 audierat *(corr.)* A; Dς 511 Tuṇç A cuncta *(corr.)* toro A 512 Iam ς 515 dicta (tibi *del.*) f. A 515. 564—589. 516—563. 590 sqq. *culpa bibliopegae* A; *in pag., in qua 564—589 exstant, 'quatuor ultimae lin. vacuae relictae sunt'. Keil.* 516 *cf. Maaß Erat. 30*

(9) D VII ID. MART. C. (10) E VI ID. MART. C.
(11) F V ID. MART. C. (12) G IIII ID. MART. C.
(13) H III ID. MART. EN. (14) A PR. ID. MART. EQ. NP.

Sex ubi sustulerit, totidem demerserit orbes,
  purpureum rapido qui vehit axe diem,
altera gramineo spectabis Equirria campo,
  quem Tiberis curvis in latus urget aquis.
qui tamen eiecta si forte tenebitur unda,
  Caelius accipiat pulverulentus equos.

(15) B EID. MART. NP.

Idibus est Annae festum geniale Perennae:
  non procul a ripis, advena Thybri, tuis
plebs venit et virides passim disiecta per herbas
  potat et accumbit cum pare quisque sua;
sub Iove pars durat, pauci tentoria ponunt,
  sunt, quibus e ramis frondea facta casa est;
pars, ubi pro rigidis calamos statuere columnis,
  desuper extentas inposuere togas.
sole tamen vinoque calent annosque precantur,
  quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt;
invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
  quae sit per calices facta Sibylla suos.
illic et cantant, quidquid didicere theatris,
  et iactant faciles ad sua verba manus
et ducunt posito duras cratere choreas,
  cultaque diffusis saltat amica comis.
cum redeunt, titubant et sunt spectacula volgi,
  et fortunatos obvia turba vocat;

---

517 c̄ deserit orbes Aς cum deserit horas *m*^{1} que remiserit orbeis *m*^{3}, *i. m. ant. m.* s: oras U, totid^{et}em demiserit orbes G t. cum dempserit orbes ς t. dimerserit orbes Bς quot merserit B *v. sc., corr. Hs.* 521 tam A 522 accipiet A^{2}ς 523 *cf. Usener, Rh. M. XXX 206 sqq.* 524 Haut UD 525 et U, ad A, ac ς 526 ponat U, *corr.*^{2} patre: t *del.* A 527 tendunt ł ponunt *m*^{2} D 529 parssibi U, pars ibi AD, *corr. Hs.* 530 extensas D 531 umoque A 532 quod AD sumunt Uς 537 iunctas U^3 539 titubent A uulgo ς 540 uocant *unus* ς

occurrit nuper — visa est mihi digna relatu —
  pompa: senem potum pota trahebat anus.
quae tamen haec dea sit, quoniam rumoribus errat
  fabula, proposito nulla tegenda meo.
arserat Aeneae Dido miserabilis igne,
  arserat exstructis in sua fata rogis,
compositusque cinis, tumulique in marmore carmen
  hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat:
PRAEBVIT AENEAS ET CAVSAM MORTIS ET ENSEM
  IPSA SVA DIDO CONCIDIT VSA MANV.
protinus invadunt Numidae sine vindice regnum,
  et potitur capta Maurus Iarba domo,
seque memor spretum, 'thalamis tamen' inquit 'Elissae
  en ego, quem totiens reppulit illa, fruor!' —
diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error, ut olim
  amisso dubiae rege vagantur apes.
tertia nudandas acceperat area messes
  inque cavos ierant tertia musta lacus:
pellitur Anna domo lacrimansque sororia linquit
  moenia; germanae iusta dat ante suae.
mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillae
  vertice libatas accipiuntque comas;
terque 'vale!' dixit, cineres ter ad ora relatos
  pressit, et est illis visa subesse soror.
nancta ratem comitesque fugae pede labitur aequo
  moenia respiciens, dulce sororis opus.
fertilis est Melite sterili vicina Cosyrae

---

545 Sil. It. VIII 28 sqq.   549. 550 = her. VII 195. 196

---

541 Occurri GM, *cf. Krüg. 21, qui recte interp.; p.* 542 *versus nonnull. excid. put. Hs.* 543 rumori(b; *i. r.*) U errant *pauci* ς 544 *interp. Ehw.* tacenda G ς meo est D 545 *cf. Heinze 21 sq.* mirabilis A 546 rogi A 547 cinis *i. r.* U^1DBς, ignis AU(?)ς 552 mauris A 555 olim: *cf. Heinze ad Hor. serm. I 1, 25* 557 nudandas DG^2M, nudatas AUG^1ς, mandatas *unus* ς *Btl.* 558 iamque cauo steterant .. lacu D 564 illis *duo* ς, illi Uς uisa illa A 565 Nacta U comitemque ς 567 milites sterilis A corisae DG cosira G *v. sc.*

insula, quam Libyci verberat unda freti:
hanc petit hospitio regis confisa vetusto;
hospes opum dives rex ibi Battus erat.
qui postquam didicit casus utriusque sororis,
'haec' inquit 'tellus quantulacumque tua est.'
et tamen hospitii servasset ad ultima munus,
sed timuit magnas Pygmalionis opes;
signa recensuerat bis sol sua, tertius ibat
annus, et exilio terra paranda nova est;
frater adest belloque petit, rex arma perosus
'nos sumus inbelles, tu fuge sospes!' ait.
iussa fugit ventoque ratem committit et undis:
asperior quovis aequore frater erat.
est prope piscosos lapidosi Crathidis amnis
parvos ager, Cameren incola turba vocat:
illuc cursus erat, nec longius afuit inde,
quam quantum novies mittere funda potest;
vela cadunt primo et dubia librantur ab aura:
'findite remigio' navita dixit 'aquas!'
dumque parant torto subducere carbasa lino,
percutitur rapido puppis adunca noto
inque patens aequor frustra pugnante magistro
fertur, et ex oculis visa refugit humus.
adsiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus
vertitur, et canas alveus haurit aquas.
vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
utitur, et votis is quoque poscit opem.

574sqq. cf. Verg. Aen. IV 43

---

572 est *om.* U 575 recensuerat BCς, recensebat AUDς 576 exulibus G parenda A, petenda BGς nouo D *pauci* 577 potens . . perosos D 578 inbellis A 581 lapido(si^2) A amnis A *an formam genetivum put. scriba?* 582 purus BC carmerem A 583 erat A aufuit: u *prius i. r.*^{2} U (*item* 617) 584 f(ec *del.*)unda A 589 516—563 590 *pos.* A *cf. ad 515* 591 adsiluit *ssc.* n A 594 et *quatuor* ς, aut uotis A^1U, at A^2D, ac *quinque* ς is A, his U^1, diis U^2 a votis disque reposcit *Burm.* a votis is *Hertzb., sed cf. tr. I 11, 22* a! votis is *Gertz prob. Ehw.*

iactatur tumidas exul Phoenissa per undas
umidaque opposita lumina veste tegit:
tunc primum Dido felix est dicta sorori
et quaecumque aliquam corpore pressit humum.
ducitur ad Laurens ingenti flamine litus
puppis et expositis omnibus hausta perit.
iam pius Aeneas regno nataque Latini
auctus erat populos miscueratque duos:
litore dotali solo comitatus Achate
secretum nudo dum pede carpit iter,
adspicit errantem nec credere sustinet Annam
esse: quid in Latios illa veniret agros?
dum secum Aeneas, 'Anna est!' exclamat Achates:
ad nomen voltus sustulit illa suos.
heu! fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus?
ante oculos miserae facta sororis erant!
sensit et adloquitur trepidam Cythereius heros —
flet tamen admonitu motus, Elissa, tui —:
'Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas
tellurem fato prosperiore dari,
perque deos comites hac nuper sede locatos
saepe meas illos increpuisse moras!
nec timui de morte tamen, metus abfuit iste!
ei mihi! credibili fortior illa fuit!
ne refer! adspexi non illo corpore digna
volnera Tartareas ausus adire domos.
at tu, seu ratio te nostris adpulit oris,
sive deus, regni commoda carpe mei!

---

620 Verg. Aen. VI 450sqq.

---

595 humidas A exū *(corr.)* U 597 Tum U 598 prescit U^1, *corr.*^{2} 599 figitur BDGς 600 aucta: c *in* s A 602 Actus: u *ssc.*^{3} U functus erat DGM populus *(corr.)* A 609 Heu fugiat AUς *Krüg. 21, qui interp.* quos terrae quid agat *(corr.)* A Quo f. BDς Quid f. G Heu! quid agat? fugiat? *unus* ς *Gertz, Korn* quo f.? quid ag.? *Hs.* 610 fata U^3 612 admonitus motus eli|¦ssa tui A ammonitus motus U^1 ammonitu mortis U^3Dς tui *ssc.*^{3} e U, tuae Dς, tuo Bς 615 ac U 617 adfuit A 619 Nec Bς pectore BGς 620 Voluerat A^1, *corr.*^{2}

multa tibi memores, nil non debemus Elissae:
  nomine grata tuo, grata sororis eris.'
talia dicenti — neque enim spes altera restat —
  credidit errores exposuitque suos,
utque domum intravit Tyrios induta paratus,
  incipit Aeneas — cetera turba tacet —:
'hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia coniunx,
  est mihi: consumpsi naufragus huius opes.
orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:
  quam precor ut carae more sororis ames.'
omnia promittit falsumque Lavinia volnus
  mente premit tacita dissimulatque metus,
donaque cum videat praeter sua lumina ferri
  multa, tamen mitti clam quoque multa putat.
non habet exactum, quid agat; furialiter odit
  et parat insidias et cupit ulta mori.
nox erat: ante torum visa est adstare sororis
  squalenti Dido sanguinulenta coma
et 'fuge, ne dubita, maestum fuge' dicere 'tectum!'
  sub verbum querulas inpulit aura fores.
exilit et velox humili super ausa fenestra
  se iacere — audacem fecerat ipse timor —
cumque metu rapitur tunica velata recincta,
  currit ut auditis territa damma lupis,
corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis
  creditur et stagnis occuluisse suis.

---

639 sqq. cf. Tib. II 6, 38 sqq. 643 Sil. It. VIII 188

---

624 erit *(corr.)* A 625 dicenti(s *eras.*) U 628 silet UDς 630 consumpsi| U 631 est *om. unus* ς ẹra: *ssc.* o A 632 carae| more| U 634 metus A, metū D, metu L *Hoffm.*, fremens UGς 635 uidit UG 636 tamen] palam Uς; *interp. Krüg. 21* cl am A 637 habet] tamen ς 638 Preparat UDς 640 squalendi A 641 Effuge AU^1 ne tam *(del.)* dubitam ẹstum A soror effuge U^3ς ducere D 643 uelox illi super Aς illic Bς, illis, illinc, illic *sing.* arua ς, ansa *vel* alta *sing.* ausa: *sc. est, cf. 698 et II 440; IV 54* 644 iacere *Ehw.*, iacet: e *in* i A, iacit ω 645 Quaque UDGς, dumque *Schenkl* 646 curritur (?) A damna A; *interp. Hoffm.* 647 hanc: n *s. l.* A cupidis BGς

Sidonis interea magno clamore per agros
  quaeritur: apparent signa notaeque pedum;
ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis;
  sustinuit tacitas conscius amnis aquas;
ipsa loqui visa est 'placidi sum nympha Numici:
  amne perenne latens Anna Perenna vocor.'
protinus erratis laeti vescuntur in agris
  et celebrant largo seque diemque mero. —
sunt, quibus haec Luna est, quia mensibus inpleat annum,
  pars Themin, Inachiam pars putat esse bovem.
invenies, qui te nymphen Atlantida dicant
  teque Iovi primos, Anna, dedisse cibos;
haec quoque, quam referam, nostras pervenit ad
  fama nec a veri dissidet illa fide. [aures
plebs vetus et nullis etiam tunc tuta tribunis
  fugit et in sacri vertice montis erat;
iam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos
  victus et humanis usibus apta Ceres.
orta suburbanis quaedam fuit Anna Bovillis,
  pauper, sed mutae sedulitatis anus.
illa levi mitra canos incincta capillos
  fingebat tremula rustica liba manu
atque ita per populum fumantia mane solebat
  dividere: haec populo copia grata fuit.
pace domi facta signum posuere Perennae,
  quod sibi defectis illa ferebat opem. —

---

650 notata U petunt A 651 inierant A 652 concitus D^1 653 uisa est loqui *(corr.)* A sub *(corr.)* U 655 lę. *τι* A uescentur A 656 remque *vel* teque *(prob. Ehw.) Merk.* 657 *cf. Usener l. c. 208* 658 uobē U^1, *corr.*^{2} 659 nymphę nalanida A, alanida U^1, *corr.*^{2} 661 quę A^1, quā A^2 referas U^1, *corr.*^{2} 662 ueri AU^3, uera U^1DGς *cf. ad trist. IV 1, 66* 663 est A nunc A tuṛa *ssc.* t A 664 abit UDς, agit *Btl.*, eget *Merk.* 665 tulerant secum d. illis D 668 mundae DG 669 incincta Aς *cf. met. XIV 120 (Ehw.)*, redimita UBDς *cf. met. XIV 654 (Pet.), Copa 1* 670 Cingebat A 671 fumentia *(corr.)* U 673 perenne AUς, *corr. Hs.; cf. Usener, Kl. Schr. IV 121** 674 Quid(*ssc.* o) . defectas A tulisset BDς

nunc mihi cur cantent superest obscaena puellae
dicere; nam coeunt certaque probra canunt.
nuper erat dea facta; venit Gradivos ad Annam
et cum seducta talia verba facit:
'mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum;
pendet ab officio spes mihi magna tuo.
armifer armiferae correptus amore Minervae
uror et hoc longo tempore volnus alo.
effice, di studio similes coeamus in unum:
conveniunt partes haec tibi, comis anus.'
dixerat, illa deum promisso ludit inani
et stultam dubia spem trahit usque mora.
saepius instanti 'mandata peregimus;' inquit,
evicta est: precibus vix dedit illa manus.
credit amans thalamosque parat; deducitur illuc
Anna tegens voltus, ut nova nupta, suos;
oscula sumpturus subito Mars adspicit Annam:
nunc pudor elusum, nunc subit ira deum.
ludis amatorem; cara es, nova diva, Minervae,
nec res hac Veneri gratior ulla fuit.
inde ioci veteres obscaenaque dicta canuntur,
et iuvat hanc magno verba dedisse deo. —
praeteriturus eram gladios in principe fixos,
cum sic a castis Vesta locuta focis:
'ne dubita meminisse! meus fuit ille sacerdos;
sacrilegae telis me petiere manus.
ipsa virum rapui simulacraque nuda reliqui;

---

675 *cf. Usener 213 sq., 221 sqq., sed cf. Wiss. II 167* cantent mihi cur *(corr.)* A 677 er$\overset{at}{ca}$ A 678 fa(c *i. r.*)it U 679 iunxit A $\overset{t}{s}$ecum A 681 armiger B ς ‖ armigerae ς dianae D 683 dii estudio A, de st. U^1, dii st. U^3 684 hae U ς 687 peregrinus *(corr.)* A 688 Euicta est AU *(Laing)*, Et uicta est U(?) ς, Et uictas D, euictas *Hs. Merk.* 689 Gaudet UB ς 693 Ludis AU ς, ludit ς, risit D, ridet G ς, cara es *Ehw. Burs. 109, 281*, carae AU, cara est *Merk.*, canae ς *Gertz*, quare *pauci*, castae *Francius*, ravae *Btl. Haupt* diuina A 694 hac] a A 695 canantur *(corr.)* A 696 deo(s *del.*) A 698 sicca A 700 p$\overset{e}{a}$tiere A 701 rapui(t *del.*) A

quae cecidit ferro, Caesaris umbra fuit.'
ille quidem caelo positus Iovis atria vidit
et tenet in magno templa dicata foro,
et, quicumque nefas ausi prohibente deorum
numine polluerant pontificale caput,
morte iacent merita: testes estote, Philippi,
et quorum sparsis ossibus albet humus!
hoc opus, haec pietas, haec prima elementa fuerunt
Caesaris ulcisci iusta per arma patrem.

(16) C XVII K. APR. F.

Postera cum teneras Aurora refecerit herbas,
Scorpios a prima parte videndus erit.

(17) D XVI K. APR. LIB. NP.

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho:
Bacche, fave vati, dum tua festa cano!
nec referam Semelen, ad quam nisi fulmina secum
Iuppiter adferret, partus inermis eras,
nec, puer ut posses maturo tempore nasci,
expletum patrio corpore matris opus,
Sithonas et Scythicos longum narrare triumphos
et domitas gentes, turifer Inde, tuas;
tu quoque Thebanae mala praeda tacebere matris
inque tuom furiis acte, Lycurge, genu;
ecce libet subitos pisces Tyrrhenaque monstra
dicere, sed non est carminis huius opus;
carminis huius opus causas exponere, quare
vilis anus populos ad sua liba vocet.

---

703 seruat *pauci; de* vidit *cf. Leo, Herm. 37, 315* 705 at Uς hausit U, *corr.*^{3} 708 sparsi's A 711 tenet··as A refecerunt *ssc.* a A, refecerat U^1(?), *corr.*^{2} 712 Scorpius Uς erat AU^1, *corr.* U^2; *cf. Pet. II 54* 714 $\overset{V}{n}$ati A 715 quam cum f. *duo pro v. s.* 716 paruus inherbis (*ssc.* m)eras A, p. inermis erat Uς p. i. eras Dς, *corr. Hs.*, spretus inermis erat *Ri. Pet.* 717 Et U^2, Nam D corpore D 718 Expleuit D onus A 719 Bistonas BGς l. est Dς (e)numerare *pauci* 722 genus A, genu| U 723 subito AU 725 causa est U^1, *corr.*^{2} expromere ς 726 Vił *i. r.* A Viti sator UGς uocat *ssc.* e A

ante tuos ortus arae sine honore fuerunt,
Liber, et in gelidis herba reperta focis;
te memorant Gange totoque oriente subacto
primitias magno seposuisse Iovi;
cinnama tu primus captivaque tura dedisti
deque triumphato viscera tosta bove;
nomine ab auctoris ducunt libamina nomen
libaque, quod sanctis pars datur inde focis;
liba deo fiunt, sucis quia dulcibus idem
gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt.
ibat harenoso satyris comitatus ab Hebro —
non habet ingratos fabula nostra iocos —
iamque erat ad Rhodopen Pangaeaque flumina ventum:
aeriferae comitum concrepuere manus;
ecce novae coeunt volucres tinnitibus actae,
quosque movent sonitus aera, sequuntur apes;
colligit errantes et in arbore claudit inani
Liber et inventi praemia mellis habet.
ut satyri levisque senex tetigere saporem,
quaerebant flavos per nemus omne favos.
audit in exesa stridorem examinis ulmo
adspicit et ceras dissimulatque senex,
utque piger pandi tergo residebat aselli,
adplicat hunc ulmo corticibusque cavis;
constitit ipse super ramoso stipite nixus
atque avide trunco condita mella petit:
milia crabronum coeunt et vertice nudo
spicula defigunt oraque sima notant;

---

728 referta *(corr.)* A, recepta D 730 supposuisse D 731 que *om.* D 733 Numinæ *(corr.)* A dicunt U^1, *corr.*^{3} 734 s̃cis AUς, sacris ς *cf. IV 296* 735 ille UBς 736 et *s. l.* A referta A, *cf. 728* 737 Libat A ad A 738 sera A 739 flumina AU *(Laing; m^2 s. l.: Keil)*, Bς, florida DGς 740 Aedifera *(corr.)* A cum crepuere U^1 742 Quoque ς, quaque *unus* 743 inani U 745 lenisque U^3Dς 748 ceteras A 749 pandit ergo A 750 Amplicat A 751 nexus A, nexum *Hs.* 753 cabronum A, scrabonum U 754 sima *Hs.*, prima Aς, summa UDGς

ille cadit praeceps et calce feritur aselli
  inclamatque suos auxiliumque rogat.
concurrunt satyri turgentiaque ora parentis
  rident: percusso claudicat ille genu;
ridet et ipse deus limumque inducere monstrat,
  hic paret monitis et linit ora luto.
melle pater fruitur, liboque infusa calenti
  iure repertori splendida mella damus.
femina cur presset, non est rationis opertae:
  femineos thyrso concitat ille choros.
cur anus hoc faciat, quaeris? vinosior aetas
  haec erat et gravidae munera vitis amat.
cur hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho;
  hoc quoque cur ita sit, discere nulla mora est:
Nysiadas nymphas puerum quaerente noverca
  hanc frondem cunis opposuisse ferunt. —
restat, ut inveniam, quare toga libera detur
  Lucifero pueris, candide Bacche, tuo:
sive quod ipse puer semper iuvenisque videris
  et media est aetas inter utrumque tibi;
seu, quia tu pater es, patres sua pignora, natos,
  commendant curae numinibusque tuis;
sive, quod es Liber, vestis quoque libera per te
  sumitur et vitae liberioris iter;
an, quia, cum colerent prisci studiosius agros
  et faceret patrio rure senator opus
et caperet fasces a curvo consul aratro
  nec crimen duras esset habere manus,
rusticus ad ludos populus veniebat in Vrbem, —
  sed dis, non studiis ille dabatur honor:
luce sua ludos uvae commentor habebat,

---

755 asellu̦ͦs̸ A *Ehw.* 758 ipse U 762 candida UBDς, *cf. I 186* 763 pres$^{t^2}$sẹt U, praesit ς, praesto est *pauci* ς 765 facit *ssc.* a A ṣui nosior A 766 errat UDς, est ς Numera *ssc.* m A amans UGς 769 nysiades nymphae Gς 770 oppuisse A opposuere nouis Gς 772 Luciferi A tua Aς 775 Sed A 777 uestisque A 778 liberioribus *(corr.)* A 779 Aut D prisci colerent ς 780 patrio faceret iure Dς

quos cum taedifera nunc habet ille dea —
ergo, ut tironem celebrare frequentia possit,
visa dies dandae non aliena togae?
mite caput, pater, huc placataque cornua vertas
et des ingenio vela secunda meo!
itur ad Argeos — qui sint, sua pagina dicet —
hac, si commemini, praeteritaque die.
stella Lycaoniam vergit declivis ad Arcton
Miluos: haec illa nocte videnda venit
quid dederit volucri si vis cognoscere caelum:
Saturnus regnis a Iove pulsus erat;
concitat iratus validos Titanas in arma,
quaeque fuit fatis debita, temptat opem.
matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus
parte sui serpens posteriore fuit;
hunc triplici muro lucis incluserat atris
Parcarum monitu Styx violenta trium.
viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
sors erat aeternos vincere posse deos.
immolat hunc Briareus facta ex adamante securi
et iam iam flammis exta daturus erat:
Iuppiter alitibus rapere imperat; attulit illi
Miluos et meritis venit in astra suis .

(18) E XV K. APR. C. (19) F XIIII K. APR. QVINQ. N.
(20) G XIII K. APR. C. (21) H XII K. APR. C.
(22) A XI K. APR. N. (23) B X K. APR. TVBIL. NP.

Vna dies media est, et fiunt sacra Minervae, Verrius
nominaque a iunctis quinque diebus habent.

---

791 cf. V 621

---

786 ipse Uς 787 cironum A posset UBς 789 mitte A pater caput *pauci „Distichon hoc num eo quo legitur loco recte exstet, dubito" (Ehw.). Estne collocandum p. 714?* 791 mea *ssc.*[2] sua U dixit U, *corr.*[2] 792 sic ut memini Dς 793 uergens D declinis A, decliuis ς, procliuis Uς 794 Miluius U[3]ς; *v. Bergk, Kl. ph. Schr. I 662sqq.* 795 derit A 796 ab Bς 797 ad D 798 poscit BDGς 802 monitus Tix A uiolent acrium A 806 iam in flammas D 807 illa D 808 miluus *ssc.*[2] U inastra *ssc.* c A 810 *sic Ri. Ehw.* numinaque ABς,

sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
  causa, quod est illa nata Minerva die.
altera tresque super rasa celebrantur harena:
  ensibus exsertis bellica laeta dea est.
Pallada nunc pueri teneraeque orate puellae!
  qui bene placarit Pallada, doctus erit.
Pallade placata lanam mollire puellae
  discant et plenas exonerare colos!
illa etiam stantis radio percurrere telas
  erudit et rarum pectine denset opus;
hanc cole, qui maculas laesis de vestibus aufers;
  hanc cole, velleribus quisquis aena paras!
nec quisquam invita faciet bene vincula plantae
  Pallade, sit Tychio doctior ille licet,
et licet antiquo manibus conlatus Epeo
  sit prior, irata Pallade mancus erit.
vos quoque, Phoebea morbos qui pellitis arte,
  munera de vestris pauca referte deae;
nec vos, turba fere censu fraudata, magistri,
  spernite — discipulos attrahit illa novos! —,
quique moves caelum tabulamque coloribus uris,
  quique facis docta mollia saxa manu!
mille dea est operum: certe dea carminis illa est;
  si mereor, studiis adsit amica meis! —

---

nominaquę U, muneraque ς adiunctis AUς, a uinctis D habes ABς, habet Cς, habent Uς munera quae iunctis .. habet *Hs.* 812 *cf. ad VI 728* 813 rasa Aς, *cf. Ehw. B. 56,* sparsa ς, strata UBDGς 814 expertis Aς 815 teneraque A ora(te[2] *i. r.*) Uς, ornatæ A, ornate BGς 817 lana U[1], *corr.*[2] 818 colo(no)s A 819 stantes U percutere A[1], *corr.*[2] lanas A *(prob. Ehw.) ssc.*[1] telas = UBDς *cf. met. IV 275* 820 densat CDς 821 lęsis maculas U 823 faciat *pauci* ς 824 ptirio (: leg. Titio *i. m. rec. m.*; M *vulgo (al. m.)*) A stychio *(corr.)* U d(o)ictior A 825 antiqua A 826 inuita DGMς 827 *i. m. add.* A fibea A 829 (Nec) uo(s): () *i. r.* D turba feri sensu (s *prius i. r.* (*ex* c? censu ς)) fraudata U, turba fere sensu fraudate Aς, feri sensu fraudante BDς, uerba feri *duo* ς neč vos aere brevem censum fraudare magistri spernite *vel* aere brevi fraudare *Hs.* turba brevi censu fraudata *Pet.* nec quos

Caelius ex alto qua mons descendit in aequom,
hic, ubi non plana est, sed prope plana via,
parva licet videas Captae delubra Minervae,
quae dea natali coepit habere suo.
nominis in dubio causa est: capitale vocamus
ingenium sollers; ingeniosa dea est.
an, quia de capitis fertur sine matre paterni
vertice cum clipeo prosiluisse suo?
an, quia perdomitis ad nos captiva Faliscis
venit? et hoc signo littera prisca docet
an, quod habet legem, capitis quae pendere poenas
ex illo iubeat furta recepta loco?
a quacumque trahis ratione vocabula, Pallas,
pro ducibus nostris aegida semper habe! —
summa dies e quinque tubas lustrare canoras Verrius
admonet et forti sacrificare deae.
nunc potes ad solem sublato dicere voltu:
'hic here Phrixeae vellera pressit ovis.'
seminibus tostis sceleratae fraude novercae
sustulerat nullas, ut solet, herba comas:
mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet,
quam sterili terrae Delphicus edat opem.
hic quoque corruptus cum semine nuntiat Helles
et iuvenis Phrixi funera sorte peti;
usque recusantem cives et tempus et Ino
compulerunt regem iussa nefanda pati,

853 cf. Ps. Erat. cat. 19 p. 124 R.

turba solet censu fraudare *Korn; dist. p.* 834 *pos. Schenkl* 835 Coelius U 836 Huc A uia est ς 837 *cf. Wiss. II 276 sq.* caste Uς Dianae D *cf. 631* 838 amare *ssc.* habere A 841 parenti *(corr.)* A 842 tum A 844 signo Aς, ipsum UBDς, signum *unus* prima A 845 poena *Btl.* 846 Exilio Aς reperta Uς 849 Somna ∂ie se A dies & U tuba AD canora D; *cf. Winther 36 Ehw. Burs. 43, 168 sqq.* 850 deo U 852 ere *ssc.*[2] h U, heri D pyrr(x)ęę A 853 *cf. Rehm 34, Heinze 53*[2] totis scelentae *(corr.)* A 855 certę (*ssc.* a) quis A 856 dulficus A 857 quoquo corruptos A sanguine D 859 Vtque D *pauci* ς 860 Compulerant U

et soror et Phrixus velati tempora vittis
  stant simul ante aras iunctaque fata gemunt.
adspicit hos, ut forte pependerat aethere, mater
  et ferit adtonita pectora nuda manu
inque draconigenam nimbis comitantibus urbem
  desilit et natos eripit inde suos;
utque fugam capiant, aries nitidissimus auro
  traditur: ille vehit per freta longa duos.
dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
  femina, cum de se nomina fecit aquae,
paene simul periit, dum volt succurrere lapsae,
  frater et extentas porrigit usque manus.
flebat, ut amissa gemini consorte pericli,
  caeruleo iunctam nescius esse deo.
litoribus tactis aries fit sidus, at huius
  pervenit in Colchas aurea lana domos.

(24) C VIIII K. APR. Q. R. C. F. (25) D VIII K. APR. C.
(26) E VII K. APR. C.

Tres ubi Luciferos veniens praemiserit Eos,
  tempora nocturnis aequa diurna feres.

(27) F VI K. APR. NP. (28) G V K. APR. C.
(29) H IIII K APR. C. (30) A III K. APR. C.

Inde quater pastor saturos ubi clauserit haedos,
  canuerint herbae rore recente quater,
Ianus adorandus cumque hoc Concordia mitis
  et Romana Salus araque Pacis erit.

---

861 uelanti A uitis A, ramis U[1], uittis U[3] 862 art^{a}is cunctaque facta A 863 pependit ab D 864 attonita(s *del.*) A 865 Inde A[1], *corr.*[2] draconigeram U[2] nimbos A orbem A, urnam U[1], *corr.*[3] 866 Dissilit *(corr.)* U 870 que dese D 872 extensas D ς 873 Frater A cumsorte A 874 cęlûleo D 875 tacitis AU[1], *corr.*[2] captis B ς ad A, et ς 876 ad BDG ς cholcas U 878 diuturna A ferens U, feret ς 879 edos A 880 Kanuerint D canuerintque *Ri.* 881 a∂ ornan∂us U[1], adornandus U[2] cum quo B ς mittis A

(31) B PR. K. APR. C.

Luna regit mensis: huius quoque tempora mensis
finit Aventino Luna colenda iugo.

LIBER QVARTVS

⟨PROOEMIVM⟩

'Alma, fave,' dixi 'geminorum mater Amorum!'
ad vatem voltus rettulit illa suos;
'quid tibi' ait 'mecum? certe maiora canebas.
num vetus in molli pectore volnus habes?'
'scis, dea,' respondi 'de volnere!' risit, et aether
protinus ex illa parte serenus erat.
'saucius an sanus numquid tua signa reliqui?
tu mihi propositum, tu mihi semper opus.
quae decuit, primis sine crimine lusimus annis,
nunc teritur nostris area maior equis:
tempora cum causis annalibus eruta priscis
lapsaque sub terras ortaque signa canam;
venimus ad quartum, quo tu celeberrima mense:
et vatem et mensem scis, Venus, esse tuos.'
mota Cytheriaca leviter mea tempora myrto
contigit et 'coeptum perfice' dixit 'opus!'
sensimus, et causae subito patuere dierum:
dum licet et spirant flamina, navis eat!

IV 11. 12 ~ I 1. 7; 2

---

883 menses U

P. OVIDII NASONIS FASTORUM FINIT LIBER III. INCIPIT LIBER QUARTUS A FASTORUM LIBER ·IIII· U 1 Ama A dixi] uati *unus* ς 2 retulit A 3 certe(m *del.*) mora A *cf. II 3*, modo festa Bς 4 ł moll(i *i. r.*) U 5 Sis A, Sic B *duo* ς respondit U^1, *corr.*^{2} aer Bς 7 Sanctius *ssc.* u A an Uς, ausanus A, aut ς nunquam Uς 8 onus Aς 9 quod *vel* qua ς campis *corr.* amnis A 12 terr$\overset{a}{i}$s A canam (m *i. r.* A) ACDς cano UBς 13 mensem Dς 14 montem *ssc.* e A tu(os *i. r.*) D, tuum ς 15 cythara A, cytherea est U, *recte* DG 17 subito causae U

si qua tamen pars te de fastis tangere debet,
Caesar, in Aprili, quod tuearis, habes:
hic ad te magna descendit imagine mensis
et fit adoptiva nobilitate tuos.
hoc pater Iliades, cum longum scriberet annum,
vidit et auctores rettulit ipse tuos,
utque fero Marti primam dedit ordine sortem,
quod sibi nascenti proxima causa fuit,
sic Venerem gradibus multis in gente receptam
alterius voluit mensis habere locum,
principiumque sui generis revolutaque quaerens
saecula cognatos venit adusque deos.
Dardanon Electra nesciret Atlantide natum
scilicet Electran concubuisse Iovi?
huius Ericthonius, Tros est generatus ab illo,
Assaracon creat hic Assaracusque Capyn;
proximus Anchises, cum quo commune parentis
non dedignata est nomen habere Venus;
hinc satus Aeneas, pietas spectata, per ignes
sacra patremque humeris, altera sacra, tulit.
venimus ad felix aliquando nomen Iuli,
unde domus Teucros Iulia tangit avos.
Postumus hinc, qui quod silvis fuit ortus in altis,
Silvius in Latia gente vocatus erat,
isque, Latine, tibi pater est, subit Alba Latinum;

31 Hom. Y 215; Enn. A. 30 V. 38 cf. I 527 met. XIII 624 41 met. XIV 610 sqq. *(Trieber, Herm. 29, 124)*

20 quod tuearis Aς, quo tuearis B *pauci* ς, quo tenearis UGς 21 a AU[1], *corr.*[3], ς origine UDς magno. ab auspice *Korn* 23 hunc *Marx 231* iliados A 24 ille ς suos ς 25 primam *om.* A 26 nascendi ς *Ri.* 27 repertam UBDς *cf. codd. III 846* 29 tui *Korn* quaero A 30 cognatosque uenit A 31 nesciret] nisi quesisset *explic.* D cretum ς 32 electran *unus* ς, electram AUς, *cf. codd. trist. II 395* 34 assaro cum U Assaracum Dς cap$\overset{y}{i}$m A, capum U 35 anchisen C[1] 37 Aeneas. pietas spectata: *Ri.* spectata per ignes *Merk.* 38 altera *i. m.* A[1] 41 Postumus huic ς, proximus huic Dς 42 Silius A 43 Hisque A

proximus est titulis Epytus, Alba, tuis;
ille dedit Capyi repetita vocabula Troiae
et tuos est idem, Calpete, factus avos,
quique capit regnum posthac Tiberinus ab illo,
dicitur in Tuscae gurgite mersus aquae;
iam tamen Agrippan natum Remulumque nepotem
viderat: in Remulum fulmina missa ferunt.
venit Aventinus post hos, locus unde vocatur,
mons quoque; post illum tradita regna Procae;
quem sequitur duri Numitor germanus Amuli;
Ilia cum Lauso de Numitore sati:
ense cadit patruo Lausus; placet Ilia Marti
teque parit, gemino iuncte Quirine Remo.
ille suos semper Venerem Martemque parentis
dixit et emeruit vocis habere fidem,
neve secuturi possent nescire nepotes,
tempora dis generis continuata dedit.
sed Veneris mensem Graio sermone notatum Verrius
auguror: a spumis est dea dicta maris;
nec tibi sit mirum Graeco rem nomine dici:
Itala nam tellus Graecia maior erat:
venerat Euander plena cum classe suorum,
venerat Alcides, Graius uterque genus —
hospes Aventinis armentum pavit in herbis
claviger, et tanto est Albula pota deo —
dux quoque Neritius: testes Laestrygones extant

---

45 Serv. D. Verg. Aen. X 145

---

44 epitus A ς, epytor U^1, *corr.*^{2} abbatus *ssc.* l *et* i A 45 Capyi *Serv. Scal.*, captę AUDς repetita AUς *Serv., cf. Krüg. 11,* recidiva Dς 46 calpeæ *(corr.).* auos A 47 Quique capit *Ehw.*, Cumque capit *unus* ς, Cumque patris AUBDς, posthac *Ehw.*, posthanc AU, posthunc BDς post hunc regnum ς, Quique capit, regno potitur *Korn* ab illo Aς, haberet Uς 49 *sic* A, agrippā U, ægrippam ς genitum G *duo* ς nepotes Aς 53 diri ς 54 Iliade clauso cum A 55 patruo *unus* ς *Hs.*, patrio A, patrui UBDς 57 parentes *ω exc.* A 59 securi A 60 gene(ri *i. r.*^{2}) D 61 grato A 63 grecorum A 66 iterque A 67 auentinus A 69 nereius A

et quod adhuc Circes nomina litus habet;
et iam Telegoni, iam moenia Tiburis udi
stabant, Argolicae quod posuere manus.
venerat Atridae fatis agitatus Halesus,
a quo se dictam terra Falisca putat;
adice Troianae suasorem Antenora pacis
et generum Oeniden, Apule Daune, tuom.
serus ab Iliacis et post Antenora flammis
attulit Aeneas in loca nostra deos.
huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
a quo Sulmonis moenia nomen habent,
* Sulmonis gelidi, patriae, Germanice, nostrae.
me miserum, Scythico quam procul illa solo est!
ergo age tam longe — sed subprime, Musa, querelas!
non tibi sunt maesta sacra canenda lyra! * —
quo non livor adit? sunt, qui tibi mensis honorem
eripuisse velint invideantque, Venus.
nam quia ver aperit tunc omnia densaque cedit
frigoris asperitas fetaque terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum,
quem Venus iniecta vindicat alma manu.
illa quidem totum dignissima temperat orbem,
illa tenet nullo regna minora deo
iuraque dat caelo, terrae, natalibus undis
perque suos initus continet omne genus.
illa deos omnes — longum est numerare — creavit,
illa satis causas arboribusque dedit,
illa rudes animos hominum contraxit in unum
et docuit iungi cum pare quemque sua.

---

70 circe A nominet *(corr.)* A 72 quę U 73 atrides A agnatus A 76 generum Bς, genus AUDς oenide Napule A 77 Senis A 78 deas A 79 erat: a *in* i A solemus Aς comes exul *unus* 80 qua A 81 gelida Aς, gelidae ς germani(ce *i. r. rec. m.*) U 82 Mi D 83 ego G[1] longe: e *in* as AG[1], longas & U[1] (sed U[2]) ergo age—tu longas *Ri.* 85 libor U abit GMς 86 inuideatque A 88 freta *(corr.)* A 90 quę A 93 terre|na‿talibus A 94 coitus ς 95 narrare U longum enumerare *unus* 98 compar$\overset{e}{=}$ A cumque *ssc.*[2] quem A

quid genus omne creat volucrum nisi blanda voluptas?
  nec coeant pecudes, si levis absit amor.
cum mare trux aries cornu decertat, at idem
  frontem dilectae laedere parcit ovis;
deposita sequitur taurus feritate iuvencam,
  quem toti saltus, quem nemus omne tremit;
vis eadem, lato quodcumque sub aequore vivit,
  servat et innumeris piscibus inplet aquas.
prima feros habitus homini detraxit: ab illa
  venerunt cultus mundaque cura sui;
primus amans carmen vigilatum nocte negata
  dicitur ad clausas concinuisse fores,
eloquiumque fuit duram exorare puellam,
  proque sua causa quisque disertus erat.
mille per hanc artes notae, studioque placendi
  quae latuere prius, multa reperta ferunt.
hanc quisquam titulo mensis spoliare secundo
  audeat? a nobis sit furor iste procul!
quid, quod ubique potens templisque frequentibus
  Vrbe tamen nostra ius dea maius habet? [aucta
pro Troia, Romane, tua Venus arma ferebat,
  cum gemuit teneram cuspide laesa manum,
caelestesque duas Troiano iudice vicit —
  a! nolim victas hoc meminisse deas —
Assaracique nurus dicta est, ut scilicet olim
  magnus Iuleos Caesar haberet avos.
nec Veneri tempus, quam ver, erat aptius ullum: Verrius
  vere nitent terrae, vere remissus ager;

---

99 omne $\overset{\text{creat}}{\text{genus}}$ A 100 coeunt Uς 101 at *(sup. ras. sc. m. ant.)* idem U 102 oues *(corr.*[1]*)* U 103 Disposita A 104 totus Dς saltum *ssc.* s A 105 Vix A uicit *(corr.)* A 108 multoque Dς sui Gς, solo AUDς 109 uibilantum *(corr.*[1]*)* A, modulatum UBς 110 clausus: u *in* o, *ssc.* a A continuisse *(corr.)* A 111 durum U[1], *corr.*[3] 112 desertus A, *corr.*[2] 113 arte U[1], *corr.*[2] mote U, motae DGς 114 fuerunt *i. m. rec. m.* ferunt A 115 secundo A, *sed* o *in* i, Bς secundi U: i *i. r.*, ς 116 procul iste furor Dς 122 ^{h}A A 123 illud *ssc.* olim A 125 Nunc *(corr.)* A

nunc herbae rupta tellure cacumina tollunt,
nunc tumido gemmas cortice palmes agit;
et formosa Venus formoso tempore digna est,
utque solet, Marti continuata suo est;
vere monet curvas materna per aequora puppes
ire nec hibernas iam timuisse minas.

(1) C K. APR. F.

Rite deam colitis, Latiae matresque nurusque
et vos, quis vittae longaque vestis abest.
aurea marmoreo redimicula demite collo,
demite divitias! tota lavanda dea est.
aurea siccato redimicula reddite collo!
nunc alii flores, nunc nova danda rosa est.
vos quoque sub viridi myrto iubet ipsa lavari:
Verrius causaque, cur iubeat, — discite! — certa subest.
litore siccabat sudantes rore capillos:
viderunt satyri, turba proterva, deam;
sensit et opposita texit sua tempora myrto:
tuta fuit facto vosque referre iubet.
discite nunc, quare Fortunae tura Virili
detis eo, gelida qui locus umet aqua!
accipit ille locus posito velamine cunctas
et vitium nudi corporis omne videt;
ut tegat hoc celetque viros, Fortuna Virilis
praestat et hoc parvo ture rogata facit.

---

151 Eutych. Gr. L. V 481 K.

---

128 timidus U^1, tumidus U^2 129 Vt *(corr.)* A uenus fornosa: a *in* o A 130 est *om.* U^{3}ς uiro est *unus* ς 133 latiae colitis Uς 134 quia U^1, *corr.*^{2} uitae A 135 dimite *(corr.)* A, soluite D^{1}ς 136. 137 *om.* AU^{1}ς, *add.* U^2 *i. m., in textu* BDGς; *falso del. Krüg. 25 sq., cf. Vah. 97* lauanda *duo* ς, uidenda U^{2}D^{2}ς, iuuanda BD^1 *num* luenda? *cf. fort. Val. Fl. VIII 239, Tac. Germ. 40, sed cf. Ovid. fast. III 139* 138 albi Dς 139 illa ς 141 sudantes ABDς, rorantes UGς ruræ *(corr.)* A, rore BDς, nuda UGς, *cf. Krüg. 27* 143 corpora Uς 145 Dicite A 146 ea: a *adr.* A calida Uς patet ς 149 celet hoc tegatque *(corr.)* A uiris U^{1}ς, *corr.* U^3

nec pigeat tritum niveo cum lacte papaver
sumere et expressis mella liquata favis;
cum primum cupido Venus est deducta marito,
hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit.
supplicibus verbis illam placate! sub illa
et forma et mores et bona fama manet.
Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est:
Cumaeam, veteres, consuluistis anum.
templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis
inde Venus verso nomina corde tenet.
semper ad Aeneadas placido, pulcherrima, voltu
respice totque tuas, diva, tuere nurus! —
dum loquor, elatae metuendus acumine caudae
Scorpios in viridis praecipitatur aquas.

(2) D IIII NON. APR. F.

Nox ubi transierit caelumque rubescere primo
coeperit et tactae rore querentur aves
semustamque facem vigilata nocte viator
ponet et ad solitum rusticus ibit opus,
Pleiades incipient humeros relevare paternos,
quae septem dici, sex tamen esse solent,
seu quod in amplexum sex hinc venere deorum, —
nam Steropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonen et te, formosa Celaeno,
Maian et Electran Taygetenque Iovi —

169—176 Ps. Erat. 23 p. 134R.

151 triticum *ssc.* tritū A niueo tritum *duo* ς 152 Sumeret A mella liquata: *cf. Serv. ad Verg. A. I 432* 153 ut primum *apud Lachm. Kl. Schr. II 114, qui cont. Lygd. 4, 31; cf. Priap. III 7* 155 ipsa U 156 fama] forma A 158 Coemaeam *ssc.* u A Cym. U consiluistis A 159 Veneri *om.* A V. fieri ς 160 nomine corda AUς, numine corda BDς, *recte vulg.* 161 aeneades A 164 Scorpio A, Scorpius UBDς uirides *ω exc.* A 166 quaerentur A *cf. Ideler, Sternnam. 151* 167 Semiustam UBς uigiliata A 168 et *s. l.* A solidum *corr. i. m. rec. m.* A 169 incipient Uς, incipiunt A, *sed ssc.* e, BDς 170 *cf. Rehm 24. 29; Cic. Arat. 29 Gundel 95* 171 Sed AU 174 Maian Bς, Maiam AU electran *pauci* ς, electram AUBς *cf. 32* taigetemque A

septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit —
paenitet, et facti sola pudore latet, —
sive quod Electra Troiae spectare ruinas
non tulit ante oculos opposuitque manum.

(3) E III NON. APR. C.
(4) F PR. NON. APR. C. LVDI M. D. M. I.

Ter sine perpetuo caelum versetur in axe,
ter iungat Titan terque resolvat equos:
protinus inflexo Berecyntia tibia cornu
flabit, et Idaeae festa parentis erunt;
ibunt semimares et inania tympana tundent,
aeraque tinnitus aere repulsa dabunt;
ipsa sedens molli comitum cervice feretur
Vrbis per medias exululata vias.
scaena sonat, ludique vocant: spectate, Quirites,
et fora Marte suo litigiosa vacent!
quaerere multa libet, sed me sonus aeris acuti
terret et horrendo lotos adunca sono.
'da, dea, quam sciter.' doctas Cybeleia neptes
vidit et has curae iussit adesse meae.
'pandite, mandati memores, Heliconis alumnae,
gaudeat adsiduo cur dea Magna sono!'
sic ego, sic Erato — mensis Cythereius illi
cessit, quod teneri nomen amoris habet —:
'reddita Saturno sors haec erat; 'optime regum,
a nato sceptris excutiere tuis.'
ille suam metuens, ut quaeque erat edita, prolem
devorat inmersam visceribusque tenet.

175 Mortali septima A, *corr.*^{2} 179 in axe: i *et* x *i. r.* A 180 resoluit D 181 infleto *ssc.* x A 182 fleuit U 184 ęra *m*^{1} ęre *m. rec.* U 186 media(s^2) Sexululata A uiae: e *in* s A^2 187 uacant: a *prius in* o U^2 191 quam AUBCς, quae DG, quem sciter *tres ignoti*, quas sciter *Hs.*, scite AUBCς, scitor DG docta sibeleia A 192 audit *pauci* ς 195 terato: t *del. m*^{2} U 197 sors saturno *(corr.)* A sors saturne tibi est *unus* 199 proles U *quatuor* ς 200 immensam A *pauci* ς

saepe Rhea questa est totiens fecunda neque umquam
  mater et indoluit fertilitate sua.
Iuppiter ortus erat: — pro magno teste vetustas
  creditur; acceptam parce movere fidem! —
veste latens saxum caelesti gutture sedit:
  sic genitor fatis decipiendus erat.
ardua iam dudum resonat tinnitibus Ide,
  tutus ut infanti vagiat ore puer.
pars clipeos sudibus, galeas pars tundit inanes:
  hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
res latuit, priscique manent imitamina facti;
  aera deae comites raucaque terga movent.
cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:
  tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.'
desierat, coepi: 'cur huic genus acre leonum
  praebent insolitas ad iuga curva iubas?'
desieram, coepit: 'feritas mollita per illam
  creditur: id curru testificata suo est.'
'at cur turrifera caput est onerata corona?
  an primis turres urbibus illa dedit?'
adnuit. 'unde venit' dixi 'sua membra secandi
  impetus?' ut tacui, Pieris orsa loqui:
'Phryx puer in silvis, facie spectabilis, Attis
  turrigeram casto vinxit amore deam;

207—214 Lact. I 21, 40   223 sqq. cf. Schol. Ib. C 455

---

201 sepea A nec *ω exc.* A 202 fertilitatis *(corr.)* A 203 magna *unus* ς, *sed cf. ex P. III 9, 50 (Postgate)* uetustus A 204 parte AU^1, *corr.*^{2} 205 uiscere G *Hs.* 207 ide/ U 209 diptos *ssc.* clipeos A sudibus *Lact. pauci* ς *Krüg. 14 sqq.*, manibus AUς *Ehw.*, rudibus ł manibus G, tudibus *Lobeck, Agl. 1125* pulsat U *tres* ς 210 turetes A agunt ς 211 Res l. patrem priscique i. f. Aς, *sed v. Krüg. l. l.* 214 sonos U *quinque* ς 215 hic A leones U *tres* ς 216 Praebeat D G^2ς *Hilb.* ac *(corr.)* A iubes A, comas BDς 219 At currifera *(corr.)* A, turrita ς hon$\overset{e}{\text{o}}$rata A, ornata ς 220 A(n^2) A phrygiis U *tres* ς 221 annuet A undauenit A 223 aptis A 224 iunxit ς

hunc sibi servari voluit, sua templa tueri,
  et dixit 'semper fac puer esse velis.'
ille fidem iussis dedit et 'si mentiar' inquit,
  'ultima, qua fallam, sit Venus illa mihi.'
fallit et in nympha Sagaritide desinit esse,
  quod fuit: hinc poenas exigit ira deae.
naida volneribus succidit in arbore factis,
  illa perit: fatum naidos arbor erat,
hic furit et credens thalami procumbere tectum
  effugit et cursu Dindyma summa petit
et modo 'tolle faces!,' 'remove modo verbera!' clamat,
  saepe Palaestinas iurat adesse deas.
ille etiam saxo corpus laniavit acuto,
  longaque in inmundo pulvere tracta coma est,
voxque fuit 'merui! meritas do sanguine poenas.
  a! pereant partes, quae nocuere mihi!'
'a! pereant' dicebat adhuc; onus inguinis aufert,
  nullaque sunt subito signa relicta viri.
venit in exemplum furor hic, mollesque ministri
  caedunt iactatis vilia membra comis.'
talibus Aoniae facunda voce Camenae
  reddita quaesiti causa furoris erat.
'hoc quoque, dux operis, moneas, precor, unde petita
  venerit! an nostra semper in Vrbe fuit?'
'Dindymon et Cybelen et amoenam fontibus Iden
  semper et Iliacas Mater amavit opes;
cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros,
  est dea sacriferas paene secuta rates,
sed nondum fatis Latio sua numina posci

---

225 Hunc seruari sibi seruari A   227 Illa D   iussit (s *supra*) A
228 quam ς   230 huic Uς   exiit A, *corr.*²   233 tectum ł tegnam G, tigna *Hs.*   234 cursa A   235 uerbere *ssc.*² a A
236 Meletinas *Merk.*, palam visas *Schwenck*, p. Stygias *Klußmann Roeper*, p. trinas *Madv.*, palamnaeas *E. Hoffm.*
237 Illa A   239 de ς, dem *Hs.*   241 pareant *(corr.)* A
243 hinc U *pauci*   247 moneat A   quęsita *ssc.* petita A
248 ad A   251 portauit Dς   253 nomina A

senserat adsuetis substiteratque locis.
post, ut Roma potens opibus iam saecula quinque
vidit et edomito sustulit orbe caput,
carminis Euboici fatalia verba sacerdos
inspicit; inspectum tale fuisse ferunt:
'Mater abest; Matrem iubeo, Romane, requiras.
cum veniet, casta est accipienda manu.'
obscurae sortis patres ambagibus errant,
quaeve parens absit, quove petenda loco.
consulitur Paean, 'divom' que 'arcessite Matrem'
inquit 'in Idaeo est invenienda iugo.'
mittuntur proceres. Phrygiae tunc sceptra tenebat
Attalus; Ausoniis rem negat ille viris:
— mira canam — longo tremuit cum murmure
et sic est adytis diva locuta suis: [tellus,
'ipsa peti volui. ne sit mora! mitte volentem!
dignus Roma locus, quo deus omnis eat.'
ille soni terrore pavens 'proficiscere' dixit,
'nostra eris; in Phrygios Roma refertur avos.'
protinus innumerae caedunt pineta secures
illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat;
mille manus coeunt, et picta coloribus ustis
caelestum Matrem concava puppis habet.
illa sui per aquas fertur tutissima nati
longaque Phrixeae stagna sororis adit
Rhoeteumque rapax Sigeaque litora transit
et Tenedum et veteres Eetionis opes.

---

257 cf. Liv. XXIX 10, 4sqq., 11, 5sqq.

---

254 subsisteratque A, constiteratque Dς 255 ubi U 256 subtulit A 258 inspectu(s *i. m.*) U 261 sortes A 262 quę q; U 263 accersite U 265 tum U[1] 266 *interp. Ri.* 267. 268 *p.* 286 A 269 petit A nec U, nescit A 270 quę deos(?) A 271 sono A[1], *corr.*[2] 274 prius U 276 caelestemque ς 277 sup aquas U[1], sup fluctus U[3], sui per meritū *ssc.* aquas A iustissima BGς, cultissima *duo* 279 capax AUDBς *sed cf. 566* figeaque A 280 tendon u. Bς et iouẽs (i *supra*) *i. m.* Aetionis *m. rec.; i. alt. m. ead. m. rec.* Jo

Cyclades excipiunt Lesbo post terga relicta
quaeque Carysteis frangitur unda vadis;
transit et Icarium, lapsas ubi perdidit alas
Icarus et vastae nomina fecit aquae;
tum laeva Creten, dextra Pelopeidas undas
deserit et Veneris sacra Cythera petit.
hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum
Brontes et Steropes Acmonidesque solent
aequoraque Afra legit Sardoaque regna sinistris
respicit a remis Ausoniamque tenet.
Ostia contigerat, qua se Tiberinus in altum
dividit et campo liberiore natat:
omnis eques mixtaque gravis cum plebe senatus
obvius ad Tusci fluminis ora venit.
procedunt pariter matres natique virique
quaeque colunt sanctos virginitate focos.
sedula fune viri contento bracchia lassant,
vix subit adversas hospita navis aquas;
sicca diu fuerat tellus, sitis usserat herbas:
sedit limoso pressa carina vado.
quisquis adest operis, plus quam pro parte laborat,
adiuvat et fortis voce sonante manus;
illa velut medio stabilis sedet insula ponto:
adtoniti monstro stantque paventque viri.
Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto,
nec facies impar nobilitate fuit,

---

291 cf. Liv. XXIX 14, 11 305 cf. Liv. XXIX 14, 10 sqq.

Brodaeus mavult legere Thebas etc—epyonis *ssc. m. rec.* &e. U, et Theben veteres E. o. *Hs.*
282 Quaque U ς 283. 284 *del. Merk.*² *Gemoll, ante 281 pos. Ri.* 283 Transṣit 285 Tunc A ς 286 Veneri ς *Hilb. Ehw.* *p.* 286 *pos.* 267. 268 A 287 tinguere AU, fingere *duo* ς 288 sonant A 289 legis A signistris A 290 Prospicit *pauci* ς harenis U¹, *corr.*² 291 hostia D ς quas &iberius (*ssc.* n) A 294 Ouius A 295 nataeque D *pauci* ς nurusque U *duo* ς 296 scōs U 297 contentos A 299 tellus fuerat *tres* ς 301 operis A (= *dat. pl.*), operi U ς 302 fortes *ssc.* i A 303 media A 305 ab Atto *Neapolis* 306 *cf. ad VI 805*

casta quidem, sed non et credita: rumor iniquos
  laeserat et falsi criminis acta rea est;
cultus et ornatis varie prodisse capillis
  obfuit ad rigidos promptaque lingua senes.
conscia mens recti famae mendacia risit,
  sed nos in vitium credula turba sumus.
haec ubi castarum processit ab agmine matrum
  et manibus puram fluminis hausit aquam,
ter caput inrorat, ter tollit in aethera palmas —
  quicumque adspiciunt, mente carere putant —
submissoque genu voltus in imagine divae
  figit et hos edit crine iacente sonos:
'supplicis, alma, tuae, genetrix fecunda deorum,
  accipe sub certa condicione preces!
casta negor: si tu damnas, meruisse fatebor,
  morte luam poenas iudice victa dea;
sed si crimen abest, tu nostrae pignora vitae
  re dabis et castas casta sequere manus.'
dixit et exiguo funem conamine traxit;
  mira, sed et scaena testificata loquar:
mota dea est sequiturque ducem laudatque sequendo:
  index laetitiae fertur in astra sonus.
fluminis ad flexum veniunt — Tiberina priores
  atria dixerunt —, unde sinister abit;
nox aderat: querno religant in stipite funem
  dantque levi somno corpora functa cibo;
lux aderat: querno solvont a stipite funem,

---

309 *sic* Gς ornatus AUBDς uariae A, uariis (is *ex* e *corr.? Stender*) U capillos AU[1], *corr.* U[2] 310 sonos ς 311 ridet U 313 ad agmina U 314 ausit A 315 ad Bς 319 alm$\overset{a}{e}$ A 321 tua damna A; *cf. Bickel, Diatr. in Senec. philos. frgm. I 229* 323 vittae *Gronov.* 324 Reddas U 326 testi|icat alloquar A loquor ς 328 ad U(?)ς 330 Atria Aς *de Tiberinis atriis cf. Carcopino, Virgile et les origines d'Ostie, liber III* Ostia A *i. m.* Uς 331 a IBCGς 332. 333 *add. i. m.* A Dat U[1], *corr.*[2] 333 soluont A

ante tamen posito tura dedere foco,
ante coronarunt puppem, sine labe iuvencam
mactarunt operum coniugiique rudem.
est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo
et nomen magno perdit in amne minor:
illic purpurea canus cum veste sacerdos
Almonis dominam sacraque lavit aquis
exululant comites, furiosaque tibia flatur,
et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia praecedit laeto celeberrima voltu,
credita vix tandem teste pudica dea;
ipsa sedens plaustro porta est invecta Capena,
sparguntur iunctae flore recente boves.
Nasica accepit; templi non perstitit auctor:
Augustus nunc est, ante Metellus erat.'
substitit hic Erato; mora fit: sic cetera quaero:
'dic,' inquam 'parva cur stipe quaerat opes.'
'contulit aes populus, de quo delubra Metellus
fecit;' ait 'dandae mos stipis inde manet.'
cur vicibus factis ineant convivia, quaero,
tunc magis indictas concelebrentque dapes.
'quod bene mutarit sedem Berecyntia,' dixit
'captant mutatis sedibus omen idem.'
institeram, quare primi Megalesia ludi
Vrbe forent nostra, cum dea — sensit enim —
'illa deos' inquit 'peperit, cessere parenti,

---

335 coronatam ς puppē & U, puppim (et) IBCς coronata puppi *Hs.* 337 tyberim U, tiberin ς, tiberi ς 338 ab IBCς 342 aurea A 343 cele(b²)errima: b *ex* u? U volgo *Polle Ehw.* 347 acc(e)ipit A non ꝑstitit UB, non spertitit A, tunc exstitit DG, extitit ς 349 Subsiste hiṇc Aς *Ehw.*, Substitit hic Uς *vulgo* fit Uς, sit Aς *Ehw.* sic cetera quaero ADς, si cętera quaeram U¹IG, dum cetera quęro U³, quaero I *v. scr.*; *lac. 2 vers. ind. Ehw.* 350 stipite *m*¹(?) stipe *m*² A 353 uocibus U¹, *corr.*² fṛactis A meam *corr.* ineant A quedam Aς 354 Tum U indicta concelebrentq̄ dapes A concelebrantque Dς 357 megalensia U 358 nostra *om.* A 359 Illo A

principiumque dati Mater honoris habet.'
'cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus,
cum tanto a Phrygia Gallica distet humus?'
'inter' ait 'viridem Cybelen altasque Celaenas
amnis it insana nomine Gallus aqua.
qui bibit inde, furit; procul hinc discedite, quis est
cura bonae mentis! qui bibit inde, furit.'
'non pudet herbosum' dixi 'posuisse moretum
in dominae mensis: an sua causa subest?'
'lacte mero veteres usi narrantur et herbis,
sponte sua si quas terra ferebat' ait.
'candidus elisae miscetur caseus herbae,
cognoscat priscos ut dea prisca cibos.'

(5) G NON. APR. N.

Postera cum caelo motis Pallantias astris
fulserit et niveos Luna levarit equos,
qui dicet 'quondam sacrata est colle Quirini
hac Fortuna die publica', verus erit.

(6) H VIII ID. APR. NP. (7) A VII ID. APR. N.
(8) B VI ID. APR. N. (9) C V ID. APR. N.

Tertia lux — memini — ludis erat, ac mihi quidam
spectanti senior continuosque loco
'haec' ait 'illa dies, Libycis qua Caesar in oris
perfida magnanimi contudit arma Iubae.
dux mihi Caesar erat, sub quo meruisse tribunus
glorior: officio praefuit ille meo.

---

360 sqq. Schol. Ib. Ask. C 453 *(falso Ellis rettulit ad 249 sqq.)*
365 cf. Callim. apud. Plin. h. n. XXXI 9

---

362 tantum (*om.* a) BDς 363 cybelen uirides^{m} U, *transp.*^{3} 365 hunc discite *corr.* discedite A 369 memorantur Dς 371 alisae: a *in* æ A, elixae U 372 Cognoscit U^{1}, *corr.*^{2} 373 metis U^{1}, *corr.*^{3} 374 lauarit A^{1}, *corr.*^{2} 375 collo *(corr.)* U ualle ς 376 Hunc A 377 erit Aς at IBCGς 378 contiguusque *pauci* ς 379 quę A; *v. Huebner, Monum. ed. Ann. del Inst. 1856, 56* 381 tribunal Gς

hanc ego militia sedem, tu pace parasti
inter bis quinos usus honore viros.'
plura locuturi subito seducimur imbre:
pendula caelestis Libra movebat aquas.
ante tamen, quam summa dies spectacula sistat,
ensiger Orion aequore mersus erit.

(10) D IIII ID. APR. N.

Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos
et dederit Phoebo stella fugata locum,
circus erit pompa celeber numeroque deorum,
primaque ventosis palma petetur equis.

(11) E III ID. APR. N. (12) F PR. ID. APR. N.

Hinc Cereris ludi: non est opus indice causa;
sponte deae munus promeritumque patet.
panis erat primis virides mortalibus herbae,
quas tellus nullo sollicitante dabat,
et modo carpebant vivax e caespite gramen,
nunc epulae tenera fronde cacumen erant;
postmodo glans nata est; bene erat iam glande reperta,
duraque magnificas quercus habebat opes;
prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato
mutavit glandes utiliore cibo.
illa iugo tauros collum praebere coegit:
tunc primum soles eruta vidit humus;

391 Prisc. II 97 H.

383 par(asti *i. r.*) U 384 quinos ω, *sed* i *corr. ex* o? U denos *Nipperdey, Op. 485, cf. Momms. Staatsr.* I^3 475^3, *sed cf. Cichorius, Röm. Stud. 291* 385 subducimur AUD²ς 386 caelestes U 388 ensife. ro non A *cf. Luc. I 665, sed cf. a. a. II 56* 390 foeb; stela A 393 Hic U *pauci* ς causae Iς *Gilb.* 394 patent *pauci* ς 395 Messis IG *pauci* ς erit A, erant ς 397 uiuaci U *quatuor*, uiuax de Bς 398 Nec A, *corr.*² erat ς 399 Postmodum clam nota (*corr. sed sc.* glams) A 401 homini Gς 402 grandes A 404 Tum U

aes erat in pretio, chalybeia massa latebat:
  eheu, perpetuo debuit illa tegi!
pace Ceres laeta est, et vos orate, coloni,
  perpetuam pacem pacificumque ducem!
farra deae micaeque licet salientis honorem
  detis et in veteres turea grana focos,
et, si tura aberunt, unctas accendite taedas!
  parva bonae Cereri, sint modo casta, placent.
a bove succincti cultros removete ministri!
  bos aret, ignavam sacrificate suem!
apta iugo cervix non est ferienda securi:
  vivat et in dura saepe laboret humo!
exigit ipse locus, raptus ut virginis edam:
  plura recognosces, pauca docendus eris.
terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
  Trinacris a positu nomen adepta loci,
grata domus Cereri: multas ea possidet urbes,
  in quibus est culto fertilis Henna solo.
frigida caelestum matres Arethusa vocarat:
  venerat ad sacras et dea flava dapes;
filia, consuetis ut erat comitata puellis,
  errabat nudo per sua prata pede.
valle sub umbrosa locus est adspergine multa
  uvidus ex alto desilientis aquae.

---

417 met. V 385 sqq. *(Malten, Herm. 45, 506; Heinze 1; Maass, de tribus Philetae carmin. VIII sqq.; Pfeiffer, Kallimachosstud., Monaci 1922, 33)*

---

405 imp̄cio A, pretiū U^1, *corr.*^{3} chalibe iam A, calibis iam D latebat UIGς, placebat Aς 406 Ehã *corr. in* $\overset{u^2}{\d{a}}$ A = ς Heu heu Uς, Heu quam ς 407 laesa A at Bς optate U Bς 408 perpetuumque Gς 410 gratia: ti *in* n (*m*^{2}?) U 411 hab(u *del.*)erant A cędas A 412 cereris sira *ssc.* nt A 413 cultos A *(corr.)*, D 414 Vos U^1, *corr.*^{2} ignauem A, ignauiam D 416 duras A 417 uirgini sedam A 418 erit A 419 uastam A 420 a | U 421 cereris D et *corr.* ea A ibi G possedit *(corr.)* A 422 hensa A, ethna BDIς 423 uocaret A 426 suprata *ssc.* a A 427 umbrạṭa *ssc.* os A 428 Vui(ċ : *i. r.*) A, Humidus BCDIς

tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
pictaque dissimili flore nitebat humus.
quam simul adspexit, 'comites, accedite!' dixit
'et mecum plenos flore referte sinus!'
praeda puellares animos prolectat inanes,
et non sentitur sedulitate labor:
haec inplet lento calathos e vimine nexos,
haec gremium, laxos degravat illa sinus;
illa legit calthas, huic sunt violaria curae,
illa papavereas subsecat ungue comas:
has, hyacinthe, tenes, illas, amarante, moraris;
pars thyma, pars rores et meliloton amat;
plurima lecta rosa est, sunt et sine nomine flores:
ipsa crocos tenues liliaque alba legit.
carpendi studio paulatim longius itur,
et dominam casu nulla secuta comes:
hanc videt et visam patruos velociter aufert,
regnaque caeruleis in sua portat equis.
illa quidem clamabat 'io, carissima mater,
auferor!' ipsa suos absciderat que sinus;
panditur interea Diti via, namque diurnum
lumen inadsueti vix patiuntur equi.
at chorus aequalis, cumulatae flore ministrae,
'Persephone,' clamant 'ad tua dona veni!'
ut clamata silet, montes ululatibus inplent
et feriunt maesta pectora nuda manu.
adtonita est plangore Ceres — modo venerat Hennam —

---

429 florent UD *duo*, suberant *Pet.*, *sed cf. Vah. 15* 431 semel A 432 plenos U, dixit A, uestros ς florere ferre (*ssc.* t) A, replete ς 433 inan(is *i. r.*[2]) U 435 calathos lento de uimne *ssc.*[2] i U *pauci* textos Gς 436 ille A 438 papariferas D su(b *i. r.*)secat A 440 rores et ς *Hilb.*, rore et A rorem pars D *Krüg. 25,* rores pars ICς, casiam pars U *tres* ς amant ς 441 et sunt UBDς 442 tenues crocos A 447 clamat-io ABς 448 absciderant U[1], *corr.*[3] 449 iamque *unus Hs.* 451 cumulatis . canistris ς 452 clamat U 454 moesta AD, moestę U manu Uς *Ri. cf. tr. I 3, 78*, manus A

nec mora, 'me miseram! filia' dixit 'ubi es?'
mentis inops rapitur, ut quas audire solemus
Threicias fusis maenadas ire comis:
ut vitulo mugit sua mater ab ubere rapto
et quaerit fetus per nemus omne suos,
sic dea nec retinet gemitus et concita cursu
fertur et e campis incipit, Henna, tuis.
inde puellaris nacta est vestigia plantae
et pressam noto pondere vidit humum;
forsitan illa dies erroris summa fuisset,
si non turbassent signa reperta sues.
iamque Leontinos Amenanaque flumina cursu
praeterit et ripas, herbifer Aci, tuas;
praeterit et Cyanen et fontes lenis Anapi
et te, verticibus non adeunde Gela.
liquerat Ortygien Megareaque Pantagienque,
quaque Symaetheas accipit aequor aquas,
antraque Cyclopum positis exusta caminis,
quique locus curvae nomina falcis habet,
Himeraque et Didymen Acragantaque Tauromenum-
sacrarumque Melan pascua laeta boum: [que
hinc Camerinan adit Thapsonque et Heloria tempe,

---

456 ubist ς *Lachm.* 457 quales Uς, *sed cf. ep. Sapph. 139* 458 passis I *pauci* 459 remugit A utera: a *in* e *m*[2] A 461 sed D curret: e *in* i *m*[2] A = Bς 462 a IBCς ethna BDgς suis A, *corr.*[2] 465 errori G 466 repente I *duo* 467 amenenaque *i. m.: quidam* Amasenaque, *alii* Asininaque *Brodaei codex* Anusenaque *ht.* A, *corr. Hs.*, amenaque UDς 468 herbife |, (r[2]) ace *ssc.*[3] i U, ace Dς, acce ς 469 c̣ṛạṇẹṇ clanen: i *in* e *m*[2] A fontem ς An(o[2])pi U 470 uorticibus U *m. rec.* *(recte*[1]*)* ς adeunda A 471 orthiginen A 472 Queque A semitheas U 473 cydopum A sexusta A 474 locu(m *i. r.*) U *pauci* ς; *de hoc v. cf. Pfeiffer, Kallimachosstud., Monaci 1922, 65*[2] 475 Kimaeraque: K *ex* HA h(i)omeraque U *(Stend)* didim(e)am *(Stend.)*, didymæm *(Keil)* A, dydimen U agrigentaque AU, *corr. Hs.*, dydimena cracantaque I tauromenenque I, tauromenonque ς 476 Sacr(u)amque A, sacrorumque *pauci* ς melam ς 477 Hic A que *om.* A thelonatempe U

quaque iacet zephyro semper apertus Eryx;
iamque Peloriaden Lilybaeaque iamque Pachynum
lustrarat, terrae cornua prima suae:
quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
inplet, ut amissum cum gemit ales Ityn,
perque vices modo 'Persephone!' modo 'filia!' clamat,
clamat et alternis nomen utrumque ciet,
sed neque Persephone Cererem, nec filia matrem
audit, et alternis nomen utrumque perit,
unaque, pastorem vidisset an arva colentem,
vox erat 'hac gressus ecqua puella tulit?'
iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur
omnia, iam vigiles conticuere canes;
alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetne,
cuius anhelatis ignibus ardet humus;
illic accendit geminas pro lampade pinus:
hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur.
est specus exesi structura pumicis asper,
non homini facilis, non adeunda ferae:
quo simul ac venit, frenatos curribus angues
iungit et aequoreas sicca pererrat aquas.
effugit et Syrtes et te, Zanclaea Charybdis,
et vos, Nisaei, naufraga monstra, canes,
Hadriacumque patens late bimaremque Corinthum:
sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
hic primum sedit gelido maestissima saxo:
illud Cecropidae nunc quoque triste vocant.
sub Iove duravit multis inmota diebus
et lunae patiens et pluvialis aquae.

---

478 Quęque A, Quique *unus* patet UCDIς 480 trina *Ianus Ulitius* 481 loca] longa A 483 Perqui uites A, *corr.*[2] 485 nec] neque Iς 488 equa A, siqua Bς 490 continuere A 493 Illinc? *Ehw. coll. met. V 442 (Lact. I 21, 24)* 494 tedatus *(corr.)* A 496 facilis ABDς, regio UCGIς 497 Quod simul hac A simul aduenit Bς frenates A 499 ad sirtes Aς charybdi *unus* 500 niferi A, scyllei Uς turba UBς 501 Adriacumque Dς petens A[1], *corr.*[3], U corinton D 503 Huc A 504 C(e *i. r.*)cropides A nunc que A 506 luna: a *in* æ A

fors sua cuique loco est: quod nunc Cerialis Eleusin
dicitur, hoc Celei rura fuere senis.
ille domum glandes excussaque mora rubetis
portat et arsuris arida ligna focis;
filia parva duas redigebat monte capellas,
et tener in cunis filius aeger erat.
'mater!' ait virgo — mota est dea nomine matris —
'quid facis in solis incomitata locis?'
perstitit et senior, quamvis onus urget, et orat,
tecta suae subeat quantulacumque casae.
illa negat: simularat anum mitraque capillos
presserat; instanti talia dicta refert:
'sospes eas semperque parens! mihi filia rapta est.
heu! melior quanto sors tua sorte mea est.'
dixit, et ut lacrimae — neque enim lacrimare deorum est —
decidit in tepidos lucida gutta sinus.
flent pariter molles animis virgoque senexque,
e quibus haec iusti verba fuere senis:
'sic tibi, quam raptam quaeris, sit filia sospes,
surge nec exiguae despice tecta casae!'
cui dea 'duc!' inquit 'scisti, qua cogere posses'
seque levat saxo subsequiturque senem.
dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger
nec capiat somnos invigiletque malis.
illa soporiferum parvos initura penates
colligit agresti lene papaver humo;
dum legit, oblito fertur gustasse palato

520 am. I 6, 46 tr. V 4, 4

507 Sors B ς quo U[2] ς, qui ς, quae ς Cerealis U Eleusis BD ς 508 hęc UB ς, hic ς fuisse U[1], *corr.*[3], ς 509 glandem *(corr.)* A 510 lingua A, linna U 511 rupe (= *tres* ς) *i. m.* monte U 513 de *m*[1] dea *m*[3] U 514 inominata A iugis ς 515 Restitit BIG ς, *sed cf. met. III 385* 516 cęsae A 517 animū *ssc.* anū A 520 est *om.* ς 523 animi G *pauci* 525 Si(c[3]) U quereris G ς si A 526 cesę A 527 duc *om.* A 529 tibi A 532 leue A

longamque inprudens exsoluisse famem:
quae quia principio posuit ieiunia noctis,
tempus habent mystae sidera visa cibi.
limen ut intravit, luctus videt omnia plena,
iam spes in puero nulla salutis erat.
matre salutata — mater Metanira vocatur —
iungere dignata est os puerile suo.
pallor abit, subitasque vident in corpore vires:
tantus caelesti venit ab ore vigor.
tota domus laeta est, hoc est, materque paterque
nataque: tres illi tota fuere domus;
mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte
pomaque et in ceris aurea mella suis.
abstinet alma Ceres somnique papavera causas
dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.
noctis erat medium placidique silentia somni:
Triptolemum gremio sustulit illa suo
terque manu permulsit eum, tria carmina dixit,
carmina mortali non referenda sono,
inque foco corpus pueri vivente favilla
obruit, humanum purget ut ignis onus.
excutitur somno stulte pia mater et amens
'quid facis?' exclamat membraque ab igne rapit.
cui dea 'dum non es,' dixit 'scelerata fuisti:
inrita materno sunt mea dona metu:
iste quidem mortalis erit, sed primus arabit
et seret et culta praemia tollet humo.'
dixit et egrediens nubem trahit inque dracones
transit et alifero tollitur axe Ceres.

---

535 ie''nia: *i. r.* iu A 536 habet A sibi AUBς 537 Lumen A luctu Uς 538 Nam *Hilb.* 539 metania I, menalia A, melanira U, menalca D *cf. Nic. Ther. 487* 540 Tangere *pauci* ς 541 abiit A, abes U subitaeque *unus*, subitoque U[3] uigent U[3] *unus* ς 546 in teneris .. fauis UGς 547 causa[7] Uς 548 trepido A 549 silenti(a[2] *i. r.*) U noctis sōni A 550 Treptolemum AU[1], *corr.* U[2] 551 demulsit Bς 555 amans *corr.* amæns A 557 es] scis Dς 559 erat U 562 aligero Cς

Sunion expositum Piraeaque tuta recessu
linquit et in dextrum quae iacet ora latus;
hinc init Aegaeum, quo Cycladas adspicit omnes,
Ioniumque rapax Icariumque legit
perque urbes Asiae longum petit Hellespontum
diversumque locis alta pererrat iter.
nam modo turilegos Arabas, modo despicit Indos,
hinc Libys, hinc Meroe siccaque terra subest;
nunc adit Hesperios Rhenum Rhodanumque Padumque
teque, future parens, Thybri, potentis aquae.
quo feror? inmensum est erratas dicere terras:
praeteritus Cereri nullus in orbe locus.
errat et in caelo liquidique inmunia ponti
adloquitur gelido proxima signa polo:
'Parrhasides stellae — namque omnia nosse potestis,
aequoreas numquam cum subeatis aquas! —
Persephonen natam miserae monstrate parenti!'
dixerat. huic Helice talia verba refert:
'crimine nox vacua est, Solem de virgine rapta
consule, qui late facta diurna videt.'
Sol aditus 'quam quaeris,' ait 'ne vana labores,
nupta Iovis fratri tertia regna tenet.'
questa diu secum sic est adfata Tonantem,
maximaque in voltu signa dolentis erant:
'si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,
dimidium curae debet habere tuae.
orbe pererrato sola est iniuria facti
cognita: commissi praemia raptor habet!

---

583 sq. Prisc. II 398. 530 sq. 544 H. III 463 sq. K. 587 sqq. met. V 514 sqq.

---

563 tua: t *s. l.* A 564 qua ς 565 (ad^2)it U quod U *pauci* 566 capax A ς *cf. 279* icariamque A 569 curilegos A arabes *(corr.)* A , D 570 sictaque A 571 Nun(c *del.*) cadit A, Hinc g ς 572 aquas: s? A 574 C. est *duo* 575 in(m)mania A *(corr.)*, U, *corr.*[3] 577 nosce A 578 nusquam A 579 monstrare A 590 cogn. comm.: *interp. Ri.*

at neque Persephone digna est praedone marito,
  nec gener hoc nobis more parandus erat.
quid gravius victore Gyge captiva tulissem,
  quam nunc te caeli sceptra tenente tuli?
verum inpune ferat; nos haec patiemur inultae;
  reddat et emendet facta priora novis.'
Iuppiter hanc lenit factumque excusat amore,
  'nec gener est nobis ille pudendus' ait;
'non ego nobilior: posita est mihi regia caelo,
  possidet alter aquas, alter inane chaos.
sed si forte tibi non est mutabile pectus,
  statque semel iuncti rumpere vincla tori,
hoc quoque temptemus, siquidem ieiuna remansit;
  si minus, inferni coniugis uxor erit.'
Tartara iussus adit sumptis Caducifer alis,
  speque redit citius visaque certa refert:
'rapta tribus' dixit 'solvit ieiunia granis,
  punica quae lento cortice poma tegunt.'
non secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,
  maesta parens longa vixque refecta mora est
atque ita 'nec nobis caelum est habitabile!' dixit
  'Taenaria recipi me quoque valle iube!'
et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,
  bis tribus ut caelo mensibus illa foret;
tum demum voltumque Ceres animumque recepit
  inposuitque suae spicea serta comae,
largaque provenit cessatis messis in arvis,

---

591 dignata A 593 Quod *(corr.)* A Gyga D, Gya *Scal. cf. ad tr. IV 7, 18 et quae contra Heinzeum disput. K. P. Schulze, B. ph. W. 1918, 232* 594 caelis A 595 feret ς inuitae A 596 emendat A 598 nobilis ille A, *corr.*[2] 599 nobil(ior[2]) U 603 Haec D *duo* ς temptamus IB 605 caducuferalis: u *in* i A 606 cicius *i. m.* A, D; *in textu* ...., *i. m.* refert certa A, iussaque c. r. Bς, certaque iussa r. Dς 609 Haud Ug *pauci* fuissent *(corr.)* A 610 quę re facta A 612 Tanarea: a *prius in* ae A, Tartarea U[3]ς recipe A Iubet *Polle; v. Robert apud Malt. l. c. 529*[2] 613 fecisset Idem U *pauci* nisi pactus *cum paucis Marx 226* 615 Tunc CDς uultusque Bς animamque *ssc.* u A 617 Longaque Iς agris U

et vix congestas area cepit opes.
alba decent Cererem: vestis Cerialibus albas
sumite! nunc pulli velleris usus abest.

(13) G EID. APR. NP.

Occupat Aprilis Idus cognomine Victor
Iuppiter: hac illi sunt data templa die.
hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro
atria Libertas coepit habere sua.

(14) H XVIII K. MAI. N.

Luce secutura tutos pete, navita, portus:
ventus ab occasu grandine mixtus erit;
scilicet et fuerit, tamen hac Mutinensia Caesar
grandine militia perculit arma sua.

(15) A XVII K. MAI. NP. (16) B XVI K. MAI. N.

Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus,
pontifices, forda sacra litate bove!
forda ferens bos est fecundaque dicta ferendo: Varro
hinc etiam fetus nomen habere putant.
nunc gravidum pecus est, gravidae quoque semine terrae;
Telluri plenae victima plena datur.
pars cadit arce Iovis, ter denas curia vaccas
accipit et largo sparsa cruore madet;
ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri
sectaque fumosis exta dedere focis,
igne cremat vitulos, quae natu maxima, Virgo,

---

619 cf. V 355sq.

---

618 coniestas AU[1] coepit A 619 decet AU uestes A 621 apriles U 623 si memini D *pauci cf. Wiss. II 275* 626 erat *(corr.)* A 627 Sit l. BCς *Ri.*, Sic, Si, Sed ς ut BGς mistinentia A 628 pertulit A, pertudit *unus*, contudit ς 630 forila A 631 Forṣa *ssc.* d A .:- *in fin. add.* U 632 foetus A 633 auidum pec(t *del.*)us A nunc BGς 635 arte A baccas U 637 Est A 639 uirgo est UDς

luce Palis populos purget ut ille cinis.
rege Numa fructu non respondente labori
inrita decepti vota colentis erant.
nam modo siccus erat gelidis aquilonibus annus,
nunc ager adsidua luxuriabat aqua;
saepe Ceres primis dominum fallebat in herbis,
et levis obsesso stabat avena solo,
et pecus ante diem partus edebat acerbos,
agnaque nascendo saepe necabat ovem.
silva vetus nullaque diu violata securi
stabat Maenalio sacra relicta deo:
ille dabat tacitis animo responsa quieto
noctibus; hic geminas rex Numa mactat oves.
prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno;
sternitur in duro vellus utrumque solo;
bis caput intonsum fontana spargitur unda,
bis sua faginea tempora fronde tegit;
usus abest Veneris, nec fas animalia mensis
ponere, nec digitis anulus ullus inest;
veste rudi tectus supra nova vellera corpus
ponit adorato per sua verba deo.
interea placidam redimita papavere frontem
Nox venit et secum somnia nigra trahit;
Faunus adest oviumque premens pede vellera duro
edidit a dextro talia verba toro:
'morte boum tibi, rex, Tellus placanda duarum:
det sacris animas una iuvenca duas.'

649sqq. Verg. A. VII 81sqq. *(cf. Wiss. I 211[4]; Heinze, Verg. ep. T. 174[2])* 649 = met. III 28

---

640 Pales A 645 dominos U *duo* 646 auena] wilthabero *explic.* D 647 pastus A edebat: e, e, t *i. r.* U, reddebat *duo* ace(rbos[2]) U 648 negabat A 649 die A ς 651 Illa U[1], *corr.*[3], C animo tacitus: u *in* i *et transp.* A 652 hu!c A, huic UIB ς, hinc I[2] *pauci* 653 solo U 655 fortuna A aqua U 656 premit I *pauci* 658 digitus A 659 Vesper ubi A ς, ubi est tectus B ς, u. e. tectum ς 660 Ponere A *(ex 658)* dicta ς 661 Intercam A 663 peda A 664 a] ad A dicta B G ς 666 Detque ς *Hilb.* necata ς

excutitur terrore quies: Numa visa revolvit
 et secum ambages caecaque iussa refert;
expedit errantem nemori gratissima coniunx
 et dixit 'gravidae posceris exta bovis.'
exta bovis gravidae dantur, fecundior annus
 provenit, et fructum terra pecusque ferunt. —
hanc quondam Cytherea diem properantius ire
 iussit et admissos praecipitavit equos,
ut titulum imperii cum primum luce sequenti
 Augusto iuveni prospera bella darent.

(17) C XV K. MAI. N. (18) D XIIII K. MAI. N.

Sed iam praeteritas quartus tibi Lucifer Idus
 respicit; hac Hyades Dorida nocte tenent.

(19) E XIII K. MAI. N.

Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,
 carcere partitos Circus habebit equos.
cur igitur missae vinctis ardentia taedis
 terga ferant volpes, causa docenda mihi est.
frigida Carseolis nec olivis apta ferendis
 terra, sed ad segetes ingeniosus ager;
hac ego Paelignos, natalia rura, petebam,
 parva, sed adsiduis obvia semper aquis.
hospitis antiqui solitas intravimus aedes;
 dempserat emeritis iam iuga Phoebus equis;
is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat,
 unde meum praesens instrueretur opus:

---

667 resoluit AUDς, *recte* Gς 668 Secumque D uisa Aς 671 dantur grauidae D *pauci* felicior Gς 672 fructus Iς 674 aethereos ς 675 tum U, quam ς 677 tibi quartus m^1 ubi quartus m^2 U, quartus ubi Bς 678 huc: u *in* a A petunt BGς 679 horta A 681 uictis A, iunctis ς 682 forent: e *in* a A est *om.* ICς 683 pars eoli G, *corr. Hs.* 684 ing.: *cf. her. 6, 117* 685 Hęc U Pelignus U 686 humida UDς 687 fidas Gς 688 &meritis A fybus A 689 quidem multa mihi *(transp.)* A sedet A

'hoc' ait 'in campo' — campumque ostendit — 'habebat
rus breve cum duro parca colona viro.
ille suam peragebat humum, sive usus aratri,
seu curvae falcis, sive bidentis erat;
haec modo verrebat stantem tibicine villam,
nunc matris plumis ova fovenda dabat,
aut virides malvas aut fungos colligit albos,
aut humilem grato calfacit igne focum,
et tamen adsiduis exercet bracchia telis,
adversusque minas frigoris arma parat.
filius huius erat primo lascivus in aevo
addideratque annos ad duo lustra duos:
is capit extremi volpem convalle salicti;
abstulerat multas illa cohortis aves.
captivam stipula faenoque involvit et ignes
admovet: urentes effugit illa manus;
qua fugit, incendit vestitos messibus agros;
damnosis vires ignibus aura dabat.
factum abiit, monimenta manent: nam vivere captam
nunc quoque lex volpem Carseolana vetat,
utque luat poenas, gens haec Cerialibus ardet,
quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.'

---

691 obsedit I 692 ^{ru}hs(us *del.*) A 693 *i. m.* A atrati U 694 Siue cauae Gς 695 Hoc A uertebat Dς, texebat *pauci* stante A, stanti ς, raro ς telam Dς, pratum Bς, cellam G *v. sc.* 697 At A collig^{i}at A 699 tedis *ssc.* l A 700 Aduersumque *pauci* 701 lasciu^{i}us A 703 conuolles alicti A, uulpem in c. Dς, sub ualle U *duo* 705 stipulis U *duo* foenoque A 709 (F *i. r.*)actum A uiuere captam U *(postea add.*[1]*)*, dicere certam AD, nam dicere curtam IM, d. cocutam G, deicere *(= manu occidere?)* captam *Merk.*, namque icere c. *Bergk*, incendere *Postg.*, namque urere *Hülsen; cf. Jordan ad Preller, Röm. Myth. II 43* 711 Atque *(corr.)* A genus hoc CIς 712 illa ς

(20) F XII K. MAI. N.

Proxima cum veniet terras visura patentes
Memnonis in roseis lutea mater equis,
de duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,
sol abit; egresso victima maior adest.
vacca sit an taurus, non est cognoscere promptum;
pars prior apparet, posteriora latent;
seu tamen est taurus, sive est hoc femina signum,
Iunone invita munus amoris habet.

(21) G XI K. MAI. NP.

Nox abiit, oriturque Aurora: Parilia poscor;
non poscor frustra, si favet alma Pales. Varro
alma Pales, faveas pastoria sacra canenti,
prosequor officio si tua facta meo!
certe ego de vitulo cinerem stipulasque fabalis
saepe tuli plena, februa tosta, manu;
certe ego transilui positas ter in ordine flammas, Verrius
udaque roratas laurea misit aquas.
mota dea est operique favet: navalibus exit
puppis! habent ventos iam mea vela suos.
i, pete virginea, populus, suffimen ab ara,
Vesta dabit; Vestae munere purus eris:
sanguis equi suffimen erit vitulique favilla,
tertia res durae culmen inane fabae.
pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra!
unda prius spargat, virgaque verrat humum,

---

715 cf. Germ. Arat. 533 717 Ps.-Erat. 14 p. 106 R.

---

713 Postera Uς nitentes U *pauci* 715 pecudis A perdidit UDς hellem Dς 716 Solebat aegresso A, Sole bis U, *recte* BDς 717 Bacca U sitaurus A 719 hoc est BDς 721 palilia Dς 723 signa U 724 festa Iς pio ς 725 stipulamque A fabales U 726 frebua A, fercula U casta GI *sub. ras.* ς 727 transilii Dς 728 Virgaque ς rorades: ror *i. r.* AD, rorantes I^2ς, rorales ς 729 *post* fauet *ras.* A exi *Hs.* 730 tua GI *Hs.* 731 populos A 732 erit A 733 Sangi/ sequi A 735 lustrat U^1, lustret U^3 736 Vda *unus* ς *Hs.*

frondibus et fixis decorentur ovilia ramis,
  et tegat ornatas longa corona fores!
caerulei fiant puro de sulphure fumi,
  tactaque fumanti sulphure balet ovis.
ure maris oleas taedamque herbasque Sabinas,
  et crepet in mediis laurus adusta focis!
libaque de milio milii fiscella sequetur:
  rustica praecipue est hoc dea laeta cibo.
adde dapes mulctramque suas dapibusque resectis
  silvicolam tepido lacte precare Palem!
'consule' dic 'pecori pariter pecorisque magistris:
  effugiat stabulis noxa repulsa meis!
sive sacro pavi sedive sub arbore sacra,
  pabulaque e bustis inscia carpsit ovis,
si nemus intravi vetitum, nostrisve fugatae
  sunt oculis nymphae semicaperque deus,
si mea falx ramo lucum spoliavit opaco,
  unde data est aegrae fiscina frondis ovi,
da veniam culpae, nec, dum degrandinat, obsit
  agresti fano subposuisse pecus!
nec noceat turbasse lacus! ignoscite, nymphae,
  mota quod obscuras ungula fecit aquas!
tu, dea, pro nobis fontes fontanaque placa
  numina, tu sparsos per nemus omne deos!

---

737 frix^i^s decorantur A 739 uiuo IGς 740 Tactaque UICGgς, Tectaque ADς 741 Vtri(i *in* e)maris (i *in* e) A, maris U, mares ς oleas AUς, rores IGς 743 milium f. ς sequatur Uς 744 de alea (t² *supra* e) A 745 inutramque (a *ex* u A) AUBD que *om.* A resectis AIBDς, relictis Uς, refectis Cς, peractis *Burm.* 746 palem I *et* D, *ut vid.*, ς, palen U, palam A 748 tabulis A noxia: i *del.* A 749 Seu sacra Dς pauisse diu sub robore *(corr.)* U 750 in BDς ouis: ut aeneas de busto polidori *explic.* D 751 Seu U³ς nostri suae A que BDς 752 semi capeue U 753 Seu Uς meflax (a *supra* e) romulucum A 754 fascina B²gς *Merk. Ehw.*, fascia B¹D 755 nedum U 756 fauno ADς 757 Nec BDς, Ne AUς 758 uirgula ABς 759 praesta IG *pauci* 760 tas sparsos *(corr.)* A

nec dryadas nec nos videamus labra Dianae
  nec Faunum, medio cum premit arva die!
pelle procul morbos! valeant hominesque gregesque,
  et valeant vigiles, provida turba, canes!
neve minus multos redigam, quam mane fuerunt,
  neve gemam referens vellera rapta lupo!
absit iniqua fames: herbae frondesque supersint,
  quaeque lavent artus, quaeque bibantur, aquae!
ubera plena premam, referat mihi caseus aera,
  dentque viam liquido vimina rara sero,
sitque salax aries, conceptaque semina coniunx
  reddat, et in stabulo multa sit agna meo,
lanaque proveniat nullas laesura puellas
  mollis et ad teneras quamlibet apta manus!
quae, precor, eveniant, et nos faciamus ad annum
  pastorum dominae grandia liba Pali!
his dea placanda est: haec tu conversus ad ortus
  dic quater et vivo perlue rore manus!
tum licet adposita, veluti cratere, camella
  lac niveum potes purpureamque sapam,
moxque per ardentes stipulae crepitantis acervos Verrius
  traicias celeri strenua membra pede!
expositus mos est, moris mihi restat origo:
  turba facit dubium coeptaque nostra tenet.
omnia purgat edax ignis vitiumque metallis
  excoquit: idcirco cum duce purgat ovis?
an, quia cunctarum contraria semina rerum
  sunt duo discordes, ignis et unda, dei,
iunxerunt elementa patres aptumque putarunt

761 *cf. Ib. 479* 765 multo(s *i. r.*) A = Iς, multo UBCDgς 766 duplo (*corr.*) A 768 arcus A 771 falx *i. m.* salax A que *om.* A 773 proueni& A 774 quaslibet Ugς 775 aduenìant U *tres* 777 Sic D hortus: h *del.* U 778 ter et in *duo Hs.* in uino *corr.* uiuo AU 779 Tum Gς, Dum AUς craterica mella U 781 per] fac U ^{cre}cōmitatis A 782 Traicias IDg, Tratias A, Traiciat U turba U 783 mores: e *in* i *m. rec.* U p̄stat, *m*[1] *corr.* A, prestat U[1], *corr.*[3] 785 pergat A 788 ecunda (*ssc.* &) dicœ A 789 artumque A

ignibus et sparsa tangere corpus aqua?
an, quod in his vitae causa est, haec perdidit exul,
his nova fit coniunx, haec duo magna putant?
vix equidem credo; sunt, qui Phaethonta referri
credant et nimias Deucalionis aquas;
pars quoque, cum saxis pastores saxa feribant,
scintillam subito prosiluisse ferunt;
prima quidem periit, stipulis excepta secunda est.
hoc argumentum flamma Parilis habet?
an magis hunc morem pietas Aeneia fecit,
innocuom victo cui dedit ignis iter?
num tamen est vero propius, cum condita Roma est,
transferri iussos in nova tecta Lares
mutantesque domum tectis agrestibus ignem
et cessaturae subposuisse casae,
per flammas saluisse pecus, saluisse colonos?
quod fit natali nunc quoque, Roma, tuo.
ipse locum casus vati facit: Vrbis origo
venit! ades factis, magne Quirine, tuis!
iam luerat poenas frater Numitoris, et omne
pastorum gemino sub duce volgus erat;
contrahere agrestis et moenia ponere utrique
convenit, ambigitur, moenia ponat uter.
'nil opus est' dixit 'certamine' Romulus 'ullo;
magna fides avium est: experiamur aves.'
res placet: alter init nemorosi saxa Palati,
alter Aventinum mane cacumen init.
sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine; pacto

---

805 Prisc. II 541 H. (flammam) 807 sqq. *cf. Heinze 30 sqq.*

---

791 exi A^1, *corr.*^{2} 792 putat A 794 Credunt D

795 saxa^{is} A ferebant A ς, ferirent I^2D ς, terebant *Hs.* 798 argumenti *duo Hs. Hilb.* paliiis ω *exc.* AUM 801 Num I *sub. ras., ut vid.*, D, Nunc A ς, Hunc$(U)^1$, Hoc U^3 ς ex A 803 ignẽṣ A 805 saliisse B ς 807 *sic* AD^1, locus casus U^1, causas U^2, locum uati casus IBC ς urbi sorigo: s *del.* A

810 Pastoris G 811 agrestes ω *exc.* A 813 opus ḥaḅ$\overset{s}{e}$t A 815 adit C ς 817 videt, omine pacto *Btl. prob. Ehw.*, facto Dg ς

statur, et arbitrium Romulus urbis habet.
apta dies legitur, qua moenia signet aratro;
sacra Palis suberant: inde movetur opus.
fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in ima
et de vicino terra petita solo;
fossa repletur humo, plenaeque inponitur ara,
et novos accenso fungitur igne focus.
inde premens stivam designat moenia sulco;
alba iugum niveo cum bove vacca tulit.
vox fuit haec regis: 'condenti, Iuppiter, urbem,
et genitor Mavors Vestaque mater, ades,
quosque pium est adhibere deos, advertite cuncti!
auspicibus vobis hoc mihi surgat opus!
longa sit huic aetas dominaeque potentia terrae,
sitque sub hac oriens occiduosque dies.'
ille precabatur, tonitru dedit omina laevo
Iuppiter et laevo fulmina missa polo.
augurio laeti iaciunt fundamina cives,
et novos exiguo tempore murus erat.
hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocarat,
'Sint'que, 'Celer, curae' dixerat 'ista tuae,
neve quis aut muros aut factam vomere fossam
transeat! audentem talia dede neci.'
quod Remus ignorans humiles contemnere muros
coepit et 'his populus' dicere 'tutus erit?'
nec mora, transiluit: rutro Celer occupat ausum;
ille premit duram sanguinulentus humum.

---

819 quo *vel* quae ς 820 Pales AU, *corr.*^{1}, CDgς 821 solitum A^{2}BDgς iacuntur A 823 plenae *ssc. m. rec.* terrae U imponuntur harenę *m*^{1}, imponitur auenę *m*^{3}, *ssc. m. rec.* ara U 824 nouos (836 *ssc.* v) A finditur AUBCς, *corr. Hs.* (ς?), funditur ς, fingitur ς inde U^{1}, *corr.*^{3} 827 regi U 829 adh. *i. r.* A 831 domineque U^{1}, domitaeque U^{2} *tres* ς 832 Atque D 835 iacunt A 836 exiguus: u *alterum in* o A 837 uocauit *(corr.)* A 839sq. *dist. extat in Tristium codd.* GV *post V 9, 8* 839 ad m . A, aut: u *corr.*, t *add.*^{2} U 840 Transiat A, *corr.*^{2} 842 et] in AUgς 843 retor *ssc.* r A, retro U, *corr. Hs.*, rastro, ristro, ultro ς 844 diram AUς

haec ubi rex didicit, lacrimas introrsus obortas
  devorat et clausum pectore volnus habet;
flere palam non volt exemplaque fortia servat
  'sic'que 'meos muros transeat hostis' ait.
dat tamen exequias nec iam suspendere fletum
  sustinet, et pietas dissimulata patet,
osculaque adplicuit posito suprema feretro
  atque ait 'invito frater adempte, vale!'
arsurosque artus unxit: fecere, quod ille,
  Faustulus et maestas Acca soluta comas.
tum iuvenem nondum facti flevere Quirites;
  ultima plorato subdita flamma rogo est.'
Vrbs oritur — quis tunc hoc ulli credere posset? —
  victorem terris inpositura pedem.
cuncta regas et sis magno sub Caesare semper,
  saepe etiam pluris nominis huius habe,
et, quotiens steteris domito sublimis in orbe,
  omnia sint humeris inferiora tuis!

(22) H X K. MAI. N. (23) A VIIII K. MAI. NP.

Verrius Dicta Pales nobis, idem Vinalia dicam;
  una tamen media est inter utramque dies.
numina volgares Veneris celebrate puellae!
  multa professarum quaestibus apta Venus.
poscite ture dato formam populique favorem,
  poscite blanditias dignaque verba ioco,
cumque sua dominae date grata sisymbria myrto
  tectaque composita iuncea vincla rosa!
templa frequentari Collinae proxima portae
  nunc decet, a Siculo nomina colle tenent;
utque Syracusas Arethusidas abstulit armis

845 decidit *(corr.)* A abortas A 848 *v. Haupt op. III 510;* mores A 849 exaquis *corr.* exæquias A 851 supremo A 853 arcus: c *in* t A uinxit A, iunxit ς 855 Tunc Cς qđ ịllẹ *(853) i. m.* quirites A 857 haec D illi U possit BCς 860 pluris AU 861. 862 *cf. Vah.* 85 862 (h^2)umeris U 863 Palis A 864 utrumque UBς 865 N$\overset{V}{o}$mina A 866 culta *Hs.* 868 loco U 870 Texta U^3Dς 872 nomine A tenet AUς 873 syracusias U

Claudius et bello te quoque cepit, Eryx,
carmine vivacis Venus est translata Sibyllae
inque suae stirpis maluit Vrbe coli.
cur igitur Veneris festum Vinalia dicant,
quaeritis, et quare sit Iovis ista dies?
Turnus an Aeneas Latiae gener esset Amatae,
bellum erat: Etruscas Turnus adoptat opes.
clarus erat sumptisque ferox Mezentius armis
et vel equo magnus vel pede maior erat;
quem Rutuli Turnusque suis adsciscere temptat
partibus; haec contra dux ita Tuscus ait:
'stat mihi non parvo virtus mea: volnera testor
armaque, quae sparsi sanguine saepe meo;
qui petis auxilium, non grandia, divide mecum,
praemia, de lacubus proxima musta tuis!
nulla mora est operae: vestrum est dare, vincere
quam velit Aeneas ista negata mihi!' [nostrum.
adnuerant Rutuli; Mezentius induit arma;
induit Aeneas adloquiturque Iovem:
'hostica Tyrrheno vota est vindemia regi;
Iuppiter, e Latio palmite musta feres!'
vota valent meliora; cadit Mezentius ingens
atque indignanti pectore plangit humum.
venerat Autumnus calcatis sordidus uvis:
redduntur merito debita vina Iovi.
dicta dies hinc est Vinalia; Iuppiter illa
vindicat et festis gaudet inesse suis.

---

877 sqq. *cf. Heinze 22. 22*[1]; *Usener, Hlg. Tychon 45 sq.*
888 Prisc. II 365 H.

---

874 coepit A 878 iste U 880 adorat AUDς, *recte* G 881 que *postea add.* AU^3 883 Rutulis A temptant Uς 889 $\overset{\text{ue}}{\text{nostrum}}$ A est *alterum om.* ς, *in fine ponunt vel* (*sic* D) *repetunt* ς 890 ille U 892 *om.* A 893 regni *(corr.)* A 894 e] et AU, elacio D feras A, *cf. Bücheler, Rh. M. 33, 5* 895 cadent: en *in* i A ingens: n *ssc. et* s *eras.* A 896 tangit U^2 897 sordidus U^3BDς *(met. II 29)*, horridus AU^1ς 899 illam UGς 900 Vindicat: i *prius in* e A

(24) B VIII K. MAI. C. (25) C VII K. MAI. NP.

Sex ubi, quae restant, luces Aprilis habebit,
  in medio cursu tempora veris erunt,
et frustra pecudem quaeres Athamantidos Helles,
  signaque dant imbres, exoriturque Canis.
hac mihi Nomento Romam cum luce redirem,
  obstitit in media candida turba via:
flamen in antiquae lucum Robiginis ibat
  exta canis flammis, exta daturus ovis.
protinus accessi, ritus ne nescius essem;
  edidit haec flamen verba, Quirine, tuos:
'aspera Robigo, parcas Cerialibus herbis,
  et tremat in summa leve cacumen humo.
tu sata sideribus caeli nutrita secundi
  crescere, dum fiant falcibus apta, sinas;
vis tua non levis est: quae tu frumenta notasti,
  maestus in amissis illa colonus habet;
nec venti tantum Cereri nocuere nec imbres,
  nec sic marmoreo pallet adusta gelu,
quantum, si culmos Titan incalfacit udos!
  tunc locus est irae, diva timenda, tuae.
parce, precor, scabrasque manus a messibus aufer
  neve noce cultis! posse nocere sat est.
nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrum,
  quodque potest alios perdere, perde prior!
utilius gladios et tela nocentia carpes;
  nil opus est illis; otia mundus agit.
sarcula nunc durusque bidens et vomer aduncus,

901 Six *(corr.)* A restant^{s} A aprile^{is} A 905 nomen (coronā *i. r.*) A 906 pompa M ς 907 (911) rubiginis U 909 accessi/ U 912 premat A U^{1}B C ς leue M *pauci* ς, lene A U D, laene B ς 913 Et D nutritas &^{sec}undi: i *ex* a A, secundis U^2 ς 914 faucibus A 921 scrabrasque U^2, capreasque A U^1 ς mensibus *(corr.)* A 923 Hec: n *adsc.* A 924 aliud U^1, *corr.*^{3} prius ς, precor B D g ς 925 Vtilior A 926 obsti(ti *in* a) A 927 Sarcul$\overset{a}{u}$s. bibens. uomere radunais: e r *eras.* A

ruris opes, niteant, inquinet arma situs,
conatusque aliquis vagina ducere ferrum
adstrictum longa sentiat esse mora.
at tu ne viola Cererem, semperque colonus
absenti possit solvere vota tibi!'
dixerat, a dextra villis mantele solutis
cumque meri patera turis acerra fuit.
tura focis vinumque dedit fibrasque bidentis
turpiaque obscaenae — vidimus! — exta canis.
tum mihi 'cur detur sacris nova victima, quaeris?' —
quaesieram — 'causam percipe' flamen ait.
'est Canis — Icarium dicunt — quo sidere moto
tosta sitit tellus praecipiturque seges:
pro cane sidereo canis hic inponitur arae
et, quare fiat, nil nisi nomen habet.'

(26) D VI K. MAI. F. (27) E V K. MAI. C.
(28) F IIII K. MAI. NP. (29) G III K. MAI. C.
(30) H PR. K. MAI. C.

Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto
sustulit inmenso ter iubar orbe suom,
mille venit variis florum dea nexa coronis:
scaena ioci morem liberioris habet.
exit et in Maias sacrum Florale Kalendas;
tunc repetam, nunc me grandius urget opus.
aufer, Vesta, diem! cognati Vesta recepta est
limine: sic iusti constituere patres.

933sq. Prisc. II 203 H. (mantile)

928 opus U^1, *corr.*^{3} niteat U^1, *corr.*^{2} 930 Adstructum *(corr.)* A 932 Adsenti A, Abscendi: c *del.*^{2} U 933 a] at U uilis: l *ssc.* A mantele (= AB): *supra* e prius *ssc.* i U = *Prisc.* Dς 934 ruit AU^1 937 *cf. Maass, Erat. 89* 938 fulmen *(corr.)* A 939 quẹ *(corr.)* A; *cf. Gundel 44* 940 Tota U siti ABCDς preciditurque: d *in* p m^2, *supra* c *sc.*^{2} r U 942 fiat] pereat Gς habeṇt A 943 Tum AB titania ς 944 ore ς 946 Scoenia: i *del.* A 947 maḷas: *supra* l *sc.* i A, malas: l *in* I U festum BDς 949 Aufert ς cognato ς ũra A es *Hs.* 950 Limina A senes BDς

Phoebus habet partem, Vestae pars altera cessit:
quod superest illis, tertius ipse tenet.
state Palatinae laurus, praetextaque quercu
stet domus! aeternos tres habet una deos.

LIBER QVINTVS

⟨PROOEMIVM⟩

Quaeritis, unde putem Maio data nomina mensi?
non satis est liquido cognita causa mihi.
ut stat et incertus qua sit sibi nescit eundum,
cum videt ex omni parte viator iter,
sic, quia posse datur diversas reddere causas,
qua ferar, ignoro, copiaque ipsa nocet.
dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes,
grata Medusei signa tenetis equi!
dissensere deae; quarum Polyhymnia coepit
prima, silent aliae dictaque mente notant:
11–52 auctor? 'post chaos ut primum data sunt tria corpora mundo
inque novas species omne recessit opus,
pondere terra suo subsedit et aequora traxit,
at caelum levitas in loca summa tulit;
sol quoque cum stellis nulla gravitate retentus
et vos Lunares exiluistis equi,
sed neque Terra diu Caelo, nec cetera Phoebo
sidera cedebant; par erat omnis honos.
saepe aliquis solio, quod tu, Saturne, tenebas,
ausus de media plebe sedere deus,
nec latus Oceano quisquam deus advena iunxit,

952 illi ς, ille BCgς 953 quercus U[2]

LIB. Ū. U INCIPIT LIBER V^{us} A[2] 3 et *om.* A eundem A *(Stend.,* eundom *Keil)* 5 Sicuia *(corr.)* A dator A 6 Quo BCDς ferat A 7 *cf. Maass, Herm. 31, 397* 8 tenentis U 10 uerbaque Cς 11 in *in* ut A 12 nonas A 13 Pondera A 14 tenet A 16 aequi A 18 omnib;: *supra* b *sc.* s A 19 tenebaṭ^{s} A 21 Et UBς quisquam AUD (quam *i. r.*) ς *Ehw.* nunc, nec .. numquam *Davis prob.*

et Themis extremo saepe recepta loco est,
donec Honor placidoque decens Reverentia voltu
corpora legitimis inposuere toris.
hinc sata Maiestas: quae mundum temperat omnem;
quaque die partu est edita, magna fuit.
nec mora, consedit medio sublimis Olympo
aurea purpureo conspicienda sinu;
consedere simul Pudor et Metus: omne videres
numen ad hanc cultus composuisse suos.
protinus intravit mentes suspectus honorum:
fit pretium dignis, nec sibi quisque placet.
hic status in caelo multos permansit in annos,
dum senior fatis excidit arce deus.
Terra feros partus, inmania monstra, Gigantes
edidit ausuros in Iovis ire domum;
mille manus illis dedit et pro cruribus angues,
atque ait 'in magnos arma movete deos.'
exstruere hi montes ad sidera summa parabant
et magnum bello sollicitare Iovem;
fulmina de caeli iaculatus Iuppiter arce
vertit in auctores pondera vasta suos.
his bene Maiestas armis defensa deorum
restat et ex illo tempore culta manet;
adsidet inde Iovi, Iovis est fidissima custos
et praestat sine vi sceptra tenenda Iovi.
venit et in terras: coluerunt Romulus illam
et Numa, mox alii, tempore quisque suo,

---

37 Lact. Plac. ad Stat. Theb. V 569

Ehw. Burs. 109, 282 iunxit AUς *(i. e. officiose comitabatur, cf. 68)* Nec. quis quando leue tegebat M[1], quisquam de plebe tegebat *Koch*, latus advena clausit (texit) *Pet.*

22 themis M[1]ς, thesis A, thetis UDς, Tethys et *Ald. Hs.* est *om.* Dς 24 *explicit* A 25 His gς, hos est dea censa parentes M *duo, in* G quae m. t. o. *i. r. = cett.* *ante* quae *interp. Marx 220* 26 dies U 27 conscendit BCς 30 uultus U[3]Dς 35 gigantas U *pauci, cf. III 439* 36 domos Bς 44 firma BCMς 45 illa Cgς 46 timenda U[1], *corr.*[3], gς, tenere Dς, tremenda *Hs.*

illa patres in honore pio matresque tuetur,
  illa comes pueris virginibusque venit,
illa datos fasces commendat eburque curule,
  illa coronatis alta triumphat equis.’
finierat voces Polyhymnia, dicta probarunt
  Clioque et curvae scita Thalia lyrae;
excipit Uranie, fecere silentia cunctae,
  et vox audiri nulla nisi illa potest:
Verrius ‘magna fuit quondam capitis reverentia cani,
  inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuvenes animosaque bella gerebant
  et pro dis aderant in statione suis,
viribus illa minor nec habendis utilis armis
  consilio patriae saepe ferebat opem;
nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
  nomen et aetatis mite senatus habet.
iura dabat populo senior, finitaque certis
  legibus est aetas, unde petatur honor,
et medius iuvenum non indignantibus ipsis
  ibat et interior, si comes unus erat.
verba quis auderet coram sene digna rubore
  dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit selectaque pectora patres
  dixit: ad hos Vrbis summa relata novae.
hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
  tangor et aetati consuluisse suae,
et Numitor dixisse potest ‘da, Romule, mensem
  hunc senibus’ nec avom sustinuisse nepos;
nec leve propositi pignus successit honoris:
  Iunius a iuvenum nomine dictus habet.’
tunc sic neglectos hedera redimita capillos
  prima sui coepit Calliopea chori:

---

49 (in *i. r.*[1]) hon(ore *i. r.*[1]) U suo Dς, *fort. recte, cf. e. g. V 425* 60 senes U *pauci* 64 erat D[1]Mς 68 interior ł an (= ς) *(sic etiam i. m.)* U 71 haec Dgς 73 posuisse ς 77 praepositi ς, propositum Cς successor *pauci* 78 habet *ssc.* s. illud *i. m.* ał adest (= ς) *m*[2] U 79 Tum ς

'duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn, Verrius
qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis;
hinc sata Pleione cum caelifero Atlante
iungitur, ut fama est, Pleiadasque parit.
quarum Maia suas forma superasse sorores
traditur et summo concubuisse Iovi.
haec enixa iugo cupressiferae Cyllenes,
aetherium volucri qui pede carpit iter;
Arcades hunc Ladonque rapax et Maenalos ingens
rite colunt, Luna credita terra prior.
exul ab Arcadia Latios Euander in agros
venerat inpositos attuleratque deos.
hic, ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor et herbae
et paucae pecudes et casa rara fuit;
quo postquam ventum est, 'consistite!' praescia [mater
'nam locus imperii rus erit istud' ait.
et matri et vati paret Nonacrius heros,
inque peregrina constitit hospes humo
sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis
has docuit gentes alipedisque dei.
semicaper, coleris cinctutis, Faune, Lupercis
cum lustrant celebres vellera secta vias,
at tu materno donasti nomine mensem,
inventor curvae furibus apte fidis.
nec pietas haec prima tua est: septena putaris,
Pleiadum numerum, fila dedisse lyrae.'
haec quoque desierat: laudata est voce sororum.
quid faciam? turbae pars habet omnis idem.
gratia Pieridum nobis aequaliter adsit,
nullaque laudetur plusve minusve mihi!

---

90 sqq. cf. I 469 sqq. 93 I 243

---

81 tyth$\overset{a^2}{o}$nida thetyn *corr.* tethyn U 83 athlant(i *i. r.* 2 *lit.*) U 89 maenalos G 91 arcadias U 93 Hoc U[1], *corr.*[2] 95 est *om.* ς 96 illud Dg 98 exul Cgς 102 celeres BCDς ue(ll *i. r.*)era U, uerbera BDς steriles vellera (tergora) secta manus (= ς) *Hs.* 104 apta fides U[1], *corr.*[2] Dgς 106 numero Bς 110 que . que Dς

(1) A K. MAI. F. (2) B VI NON. MAI. F.

Ab Iove surgat opus! prima mihi nocte videnda
stella est in cunas officiosa Iovis:
nascitur Oleniae signum pluviale Capellae;
illa dati caelum praemia lactis habet.
Nais Amalthea Cretaea nobilis Ida
dicitur in silvis occuluisse Iovem;
huic fuit haedorum mater formosa duorum
inter Dictaeos conspicienda greges,
cornibus aeriis atque in sua terga recurvis,
ubere, quod nutrix posset habere Iovis.
lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu
truncaque dimidia parte decoris erat:
sustulit hoc nymphe cinxitque recentibus herbis,
et plenum pomis ad Iovis ora tulit.
ille ubi res caeli tenuit solioque paterno
sedit et invicto nil Iove maius erat,
sidera nutricem, nutricis fertile cornu
fecit, quod dominae nunc quoque nomen habet. —
Varro Praestitibus Maiae Laribus videre Kalendae
aram constitui parvaque signa deum:
arserat illa quidem Curibus, sed longa vetustas
destruit: et saxo longa senecta nocet.
causa tamen positi fuerat cognominis illis,
quod praestant oculis omnia tuta suis;
stant quoque pro nobis et praesunt moenibus Vrbis

113 Ps.-Erat. (13) p. 100sq. R.

111 A Dς 115 *cf. Vah. Her. 39* cretea et U *unus* ς 117 H(i *i. r.*)c U 120 Vbera quod . possit U^1, *corr.*^{3} 123 cinctumque *unus Vatic. Hs.* recentibus U^3GMgς, decoribus U^1BD, decentibus *unus Vatic.* 125 rei *(corr.)* U 129 *v. Wiss. I 171 II 277sq. Franke 10sq.* 128 quae .. habent BCς 130 signaque parua Bς 131 Ars erat D^1, *corr. Jordan, Annal. 34, 328, Haupt Op. III 356; cf. Ehw. Burs. 43, 261; 109, 281*, Ara erat D^3 BCgς, Nouerat illa Uς, Vota erat *unus* Curibus Dς *Haupt*, Curius Uς, laribus ς *Jord.* longa UDς, multa CGς *Jord. Haupt* 132 *interp. Housm., cf. Ehw. Burs. 109, 282*

et sunt praesentes auxiliumque ferunt,
at canis ante pedes saxo fabricatus eodem
stabat: quae standi cum Lare causa fuit?
servat uterque domum, domino quoque fidus uterque,
compita grata deo, compita grata cani;
exagitant et Lar et turba Diania fures;
pervigilantque Lares, pervigilantque canes.
bina gemellorum quaerebam signa deorum:
viribus annosae facta caduca morae.
mille Lares Geniumque ducis, qui tradidit illos,
Vrbs habet, et vici numina trina colunt!
quo feror? Augustus mensis mihi carminis huius
ius habet! interea Diva canenda Bona est.
est moles nativa loco, res nomina fecit:
appellant Saxum; pars bona montis ea est.
huic Remus institerat frustra, quo tempore fratri
prima Palatinae signa dedistis aves;
templa patres illic oculos exosa viriles
leniter acclini constituere iugo.
dedicat haec veteris Clausorum nominis heres
virgineo nullum corpore passa virum;
Livia restituit, ne non imitata maritum
esset, et est omni parte secuta virum. —
Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris
in matutinis lampada tollet equis,
frigidus Argestes summas mulcebit aristas,
candidaque a canis vela dabuntur aquis;
at simul inducent obscura crepuscula noctem,

139 est *in fine add.* Cς 143 *interp. Ehw.* 145 geminumque ducis BCDς, gem. ducem ς 147 mihi mensis D 148 dabit ς 149 &$^{s^3}$ U 151 Hunc G 152 regna ς, regina D 153 illi$\overset{c^3}{s}$ U 154 ac(c)liuo ς 155 crassorum U^1, *corr.*^{3} = ς, BDς; *cf. Wiss. I 217*^{11} 158 et ex ς, ut ex *unus* ς, ut est (= *un.* ς) . . . suum *Hs.*, ducem *Postg.* 159 Postea: r *add.*^{2} U 160 tollit U^1, *corr.*^{3}, BDgς 161 agrestes U^1, argestis U^3 162 Candida qua U canis U *tres* ς, a capreis Dς, a campis Bς, a calabris *unus* 163 inducunt Bς

pars Hyadum toto de grege nulla latet.
ora micant Tauri septem radiantia flammis,
navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat;
pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse
Tethyos has neptes Oceanique senis.
nondum stabat Atlas umeros oneratus Olympo,
cum satus est forma conspiciendus Hyas;
hunc stirps Oceani maturis nixibus Aethra
edidit et nymphas, sed prior ortus Hyas.
dum nova lanugo est, pavidos formidine cervos
terret, et est illi praeda benigna lepus;
at postquam virtus annis adolevit, in apros
audet et hirsutas comminus ire leas,
dumque petit latebras fetae catulosque leaenae,
ipse fuit Libycae praeda cruenta leae.
mater Hyan et Hyan maestae flevere sorores
cervicemque polo subpositurus Atlas;
victus uterque parens tamen est pietate sororum:
illa dedit caelum, nomina fecit Hyas. —
'Mater, ades, florum ludis celebranda iocosis!
distuleram partes mense priore tuas.
incipis Aprili, transis in tempora Maii:
alter te fugiens, cum venit, alter habet!
cum tua sint cedantque tibi confinia mensum,
convenit in laudes ille vel ille tuas.
circus in hunc exit clamataque palma theatris;
hoc quoque cum circi munere carmen eat.
ipsa doce, quae sis! hominum sententia fallax:
optima tu proprii nominis auctor eris.'

---

165 Erat. Catal. fr. III p. 42 R., cf. Ps.-Erat. 14 p. 106 sq. R. *(Maass, Erat. 54 sq.[33])* 182 Ps.-Erat. 14 p. 110 R.

---

164 *cf. Gundel* 106^3 166 gra|us: *eras.* e, *ssc.*$^{1(?)}$ i U, gracus Dg 167 putant Dς credit *ssc.*^{2} di U 168 *om.* U^1, *inser.* U^2 169 athla(n *eras.*)s U 171 sti(rps *i. r.*) U nisibus ς 173 est *om.* ς 175 animis Dς 176 cumminus *(corr.)* U feras Dς 178 ferae G *pauci* 179 fluuere *(corr.)* U 180 athlae *corr.* athlas U 183 celebrata CDς 185 in nomina D^1, tempora D^2 186 abit m^1 habet m^3 U 188 uel iste Bς

sic ego, sic nostris respondit diva rogatis —
  dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas —:
'Chloris eram, quae Flora vocor: corrupta Latino
  nominis est nostri littera Graeca sono;
Chloris eram, nymphe campi felicis, ubi audis
  rem fortunatis ante fuisse viris.
quae fuerit mihi forma, grave est narrare modestae,
  sed generum matri repperit illa deum.
ver erat; errabam: Zephyros conspexit; abibam:
  insequitur; fugio: fortior ille fuit;
et dederat fratri Boreas ius omne rapinae
  ausus Erecthea praemia ferre domo.
vim tamen emendat dando mihi nomina nuptae,
  inque meo non est ulla querela toro.
vere fruor semper: semper nitidissimus annus,
  arbor habet frondes, pabula semper humus.
est mihi fecundus dotalibus hortus in agris:
  aura fovet, liquidae fonte rigantur aquae;
hunc meus inplevit generoso flore maritus,
  atque ait 'arbitrium tu, dea, floris habe!'
saepe ego digestos volui numerare colores,
  nec potui; numero copia maior erat.
roscida cum primum foliis excussa pruina est
  et variae radiis intepuere comae,
conveniunt pictis incinctae vestibus Horae
  inque leves calathos munera nostra legunt;
protinus accedunt Charites nectuntque coronas
  sertaque caelestes inplicitura comas.
prima per inmensas sparsi nova semina gentes:
  unius tellus ante coloris erat;
prima Therapnaeo feci de sanguine florem,

195 Lact. I 20, 8; Anth. Lat. 747R.

195 latini BDς 199 fuerit U^2ς, fuerat U^1Dς 201 Zephyros: *cf. ad 319* 203 En *Schenkl* 204 (erec *i. r.*)thea U 207 semper uere est *unus* ς *Ri.*, per me G *tres* 210 fonte rigantur ς *(sc. agri)*, sponte rigantur UDBς, liquida sponte riga(n)tur aqua ς 217 floribus ς 219 arripiunt G

et manet in folio scripta querela suo;
tu quoque nomen habes cultos, Narcisse, per hortos,
infelix, quod non alter et alter eras.
quid Crocon aut Attin referam Cinyraque creatum,
de quorum per me volnere surgit honor?
Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes:
Iuppiter hoc, ut adhuc, nesciat usque, precor.
sancta Iovem Iuno nata sine matre Minerva
officio doluit non eguisse suo;
ibat, ut Oceano quereretur facta mariti;
restitit ad nostras fessa labore fores.
quam simul adspexi, 'quid te, Saturnia,' dixi
'attulit?' exponit, quem petat, illa locum,
addidit et causam; verbis solabar amicis.
'non' inquit 'verbis cura levanda mea est.
si pater est factus neglecto coniugis usu
Iuppiter et solus nomen utrumque tenet,
cur ego desperem fieri sine coniuge mater
et parere intacto, dummodo casta, viro?
omnia temptabo latis medicamina terris
et freta Tartareos excutiamque sinus.'
vox erat in cursu: voltum dubitantis habebam;
'nescio quid, nymphe, posse videris' ait.
ter volui promittere opem, ter lingua retenta est:
ira Iovis magni causa timoris erat.
'fer, precor, auxilium!' dixit 'celabitur auctor,
et Stygiae numen testificabor aquae.'
'quod petis, Oleniis' inquam 'mihi missus ab arvis
flos dabit: est hortis unicus ille meis.
qui dabat, 'hoc' dixit 'sterilem quoque tange iuvencam:
mater erit!' tetigi, nec mora, mater erat.'

---

224 mane(t *i. r.*) U 227 actyn U, athin ς, athim ς 230 *interp. Btl. Madv.* 241 desierim M[1]ς 243 latiis U[1], *corr.*[3], laetis GM[1] 250 testificatur G *pauci, cf. III 322* 251 *cf. Usener, Kl. Schr. IV 129 sqq.* arbis U, (h)oris CDς 253 dabit BDς 254 tetigit UDBς

protinus haerentem decerpsi pollice florem;
tangitur et tacto concipit illa sinu
iamque gravis Thracen et laeva Propontidos intrat
fitque potens voti, Marsque creatus erat.
qui memor accepti per me natalis 'habeto
tu quoque Romulea' dixit 'in urbe locum!' —
forsitan in teneris tantum mea regna coronis
esse putes? tangit numen et arva meum.
si bene floruerint segetes, erit area dives;
si bene floruerit vinea, Bacchus erit;
si bene floruerint oleae, nitidissimus annus,
pomaque proventum temporis huius habent.
flore semel laeso pereunt viciaeque fabaeque,
et pereunt lentes, advena Nile, tuae.
vina quoque in magnis operose condita cellis
florent et nebulae dolia summa tegunt;
mella meum munus: volucres ego mella daturas
ad violam et cytisos et thyma cana voco.
nos quoque idem facimus tunc, cum iuvenalibus annis
luxuriant animi, corporaque ipsa vigent.' —
talia dicentem tacitus mirabar, at illa
'ius tibi discendi, si qua requiris' ait.
'dic dea,' respondi 'ludorum quae sit origo.'
vix bene desieram, rettulit illa mihi:
'cetera luxuriae nondum instrumenta vigebant,
aut pecus aut latam dives habebat humum;
hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est,
sed iam de vetito quisque parabat opes.
venerat in morem populi depascere saltus,
idque diu licuit, poenaque nulla fuit;
vindice servabat nullo sua publica volgus,

257 Illa D 259 Cum D g ς accepti ꝑ me: ꝑ *corr.* U 262 tangunt g *duo alii* ς 263 seg. e. a. *i. r.*[1] U 266 poma quoque euentum D 273. 274 *del. Btl. Merk. Ri., p.* 268 *quondam pos. Ehw. (Burs. 80, 95)* 274 uirent G 276 disc. est C ς, dicendi ς 277 lud. resp. *pauci* ς 281 Hinc l. dictus g 283 deposcere C Ḋ ς 285 pabula ς

iamque in privato pascere inertis erat.
plebis ad aediles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit ante viris.
rem populus recipit, multam subiere nocentes:
vindicibus laudi publica cura fuit.
multa data est ex parte mihi, magnoque favore
victores ludos instituere novos;
parte locant clivom: qui tunc erat ardua rupes,
utile nunc iter est, Publiciumque vocant.' —
annua credideram spectacula facta; negavit
addidit et dictis altera verba suis:
'nos quoque tangit honor: festis gaudemus et aris
turbaque caelestes ambitiosa sumus.
saepe deos aliquis peccando fecit iniquos,
et pro delictis hostia blanda fuit;
saepe Iovem vidi, cum iam sua mittere vellet
fulmina, ture dato sustinuisse manum.
at si neglegimur, magnis iniuria poenis
solvitur, et iustum praeterit ira modum.
respice Thestiaden: flammis absentibus arsit;
causa est, quod Phoebes ara sine igne fuit.
respice Tantaliden: eadem dea vela tenebat;
virgo est, et spretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen,
cum consternatis diripereris equis.
longa referre mora est correcta oblivia damnis:
me quoque Romani praeteriere patres.
quid facerem, per quod fierem manifesta doloris?
exigerem nostrae qualia damna notae?

309sq. Eutych. V 480K.

---

287 *sed cf. Fest. 238M.* at U[1], *corr. m. rec.* delata *unus tandem Ri.* 288 Puplicius U, *corr.*[3] 289 multi Dς 290 laudis Cς, ludi publica U 293 cliui U *(Laing)* ς qua G 297 honos BCς 298 caelest$^{e^2}$s U 303 neglegimu(r *ex* s[2]) U 305 thestiadem U 306 Causaque C *pauci* 307 tantalidem g *duo* 308 ulta: t *i. r.*[2] U 309 uellem *Eut.* Dionen *Eut.*, Dionem UDς 310 deripereris *Eut. pauci* ς 311 collecta UDς 314 Exigerent Mς

excidit officium tristi mihi: nulla tuebar
  rura, nec in pretio fertilis hortus erat;
lilia deciderant, violas arere videres,
  filaque punicei languida facta croci.
saepe mihi Zephyros 'dotes corrumpere noli
  ipsa tuas' dixit: dos mihi vilis erat.
florebant oleae, venti nocuere protervi;
  florebant segetes, grandine laesa seges;
in spe vitis erat, caelum nigrescit ab austris
  et subita frondes decutiuntur aqua.
nec volui fieri nec sum crudelis in ira,
  cura repellendi sed mihi nulla fuit.
convenere patres et, si bene floreat annus,
  numinibus nostris annua festa vovent;
adnuimus voto: consul cum consule ludos
  Postumio Laenas persoluere mihi.' —
quaerere conabar, quare lascivia maior
  his foret in ludis liberiorque iocus,
sed mihi succurrit numen non esse severum
  aptaque deliciis munera ferre deam.
tempora sutilibus cinguntur tota coronis,
  et latet iniecta splendida mensa rosa;
ebrius incinctis philyra conviva capillis
  saltat et inprudens utitur arte meri;
ebrius ad durum formosae limen amicae
  cantat, habent unctae mollia serta comae.
nulla coronata peraguntur seria fronte,
  nec liquidae vinctis flore bibuntur aquae;
donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis,
  gratia sumendae non erat ulla rosae.
Bacchus amat flores: Baccho placuisse coronam
  ex Ariadneo sidere nosse potes.

---

315 mihi tristi C 318 croci(s *del.*) U 319 zephiros U 322 ceres ς *fort. recte, cf. 264* 323 nigressit U 328 uo(u *i. r.*[2])ent U 329 nutu U 333 numen: u *ex* o U 335 pinguntur U[1], *corr.*[2], ς pota *unus* ς, lota *Hertzb.*, laeta *Merk.* 338 uertitur Cς 340 habet *(corr.)* U serta fores *Hs.*

scaena levis decet hanc: non est, mihi credite, non est
  illa coturnatas inter habenda deas.
turba quidem cur hos celebret meretricia ludos,
  non ex difficili causa petita subest.
non est de tetricis, non est de magna professis:
  volt sua plebeio sacra patere choro,
et monet aetatis specie, dum floreat, uti:
  contemnunt spinam, cum cecidere rosae. —
'cur tamen, ut dantur vestes Cerialibus albae,
  sic haec est cultu versicolore decens?
an quia maturis albescit messis aristis,
  et color et species floribus omnis inest?'
adnuit, et motis flores cecidere capillis,
  accidere in mensas ut rosa missa solet.
lumina restabant, quorum me causa latebat,
  cum sic errores abstulit illa meos:
'vel quia purpureis collucent floribus agri,
  lumina sunt nostros visa decere dies,
vel quia nec flos est hebeti nec flamma colore,
  atque oculos in se splendor uterque trahit,
vel quia deliciis nocturna licentia nostris
  convenit: a vero tertia causa venit.' —
'est breve praeterea, de quo mihi quaerere restat,
  si liceat' dixi, dixit et illa 'licet!'
'cur tibi pro Libycis clauduntur rete leaenis
  inbelles capreae sollicitusque lepus?'
non sibi respondit silvas cessisse, sed hortos
  arvaque pugnaci non adeunda ferae.
omnia finierat: tenues secessit in auras,
  mansit odor; posses scire fuisse deam.

---

371 Prisc. II 332H. 375 cf. Verg. A. II 791

---

350 petenda ς, cognita causa ς subest CDGMς, fuit U^{2}ς, subit *Postg.* 351 detricis D est dea CDς 352 plebeo D 354 Contemni GMς 355 utent(ur *i. r.*): ut *in* ap *m*^{2} U, dentur ς cerealibus UD 358 At G 360 Decidere U^{2}ς 362 Tunc B 366 inter U^1, *corr.*^{3} = *unus* ς, Dς, nostros BCς 370 dixerat D 371 claudantur Dς 374 pugnaci/ U 375 successit BCς 376 possem U^1 *corr.*^{3}, possis *unus*

floreat ut toto carmen Nasonis in aevo,
sparge, precor, donis pectora nostra tuis.

(3) C V NON. MAI. C.

Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron
semivir et flavi corpore mixtus equi.
Pelion Haemoniae mons est obversus in austros;
summa virent pinu, cetera quercus habet:
Phillyrides tenuit; saxo stant antra vetusto,
quae iustum memorant incoluisse senem;
ille manus olim missuras Hectora leto
creditur in lyricis detinuisse modis.
venerat Alcides exhausta parte laborum,
iussaque restabant ultima paene viro;
stare simul casu Troiae duo fata videres:
hinc puer Aeacides, hinc Iove natus erat.
excipit hospitio iuvenem Philyreius heros,
et causam adventus hic rogat, ille docet;
respicit interea clavam spoliumque leonis
'vir'que ait 'his armis armaque digna viro!'
nec se, quin horrens auderent tangere saetis
vellus, Achilleae continuere manus,
dumque senex tractat squalentia tela venenis,
excidit et laevo fixa sagitta pede est.
ingemuit Chiron traxitque e corpore ferrum,
et gemit Alcides Haemoniusque puer.
ipse tamen lectas Pagasaeis collibus herbas,
temperat et varia volnera mulcet ope;
virus edax superabat opem, penitusque recepta
ossibus et toto corpore pestis erat:
sanguine Centauri Lernaeae sanguis echidnae
mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.

377 Callim. fr. 121 *(Rohde, Gr. Rom.^{2} 93^2)* 379 Ps.-Erat. 40 p. 184sqq. R.

377 nasonis carmen D 387 exacta ς 393 Perspicit G *pauci* ς 394 hic UCDς 400 Ingemit G *i. r. pauci* ς, Adgemit *pauci* ς 401 pegaseis BCDς 402 uaria U^1ς, uana U^3BDς 406 dabant ς

stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles:
sic flendus Peleus, si moreretur, erat.
saepe manus aegras manibus fingebat amicis:
morum, quos fecit, praemia doctor habet;
oscula saepe dedit, dixit quoque saepe iacenti
'vive, precor, nec me, care, relinque, pater!'
nona dies aderat, cum tu, iustissime Chiron,
bis septem stellis corpora cinctus eras.

(4) D IV NON. MAI. C. (5) E III NON. MAI. C.

Hunc Lyra curva sequi cuperet, sed idonea nondum
est via: nox aptum tertia tempus erit.

(6) F PR. NON. MAI. C.

Scorpios in caelo, cum cras lucescere Nonas
dicimus, a media parte notatus erit.

(7) G NON. MAI. N. (8) H VIII ID. MAI. F.
(9) A VII ID. MAI. N.

Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperos ora,
ter dederint Phoebo sidera victa locum,
ritus erit veteris, nocturna Lemuria, sacri:
inferias tacitis manibus illa dabunt.
annus erat brevior, nec adhuc pia februa norant,
nec tu dux mensum, Iane biformis, eras,
iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
compositique nepos busta piabat avi.
mensis erat Maius maiorum nomine dictus,
qui partem prisci nunc quoque moris habet.
nox ubi iam media est somnosque silentia praebent,
et canis et variae conticuistis aves,

---

407 patrem: p *i. r. post* ante m^2, atrem *ssc.*^{2} U 414 corpora ς, corpore D *pauci,* timpora U, tempora ς 415 lyra cur (*del.* m^2)curua U 416 habet Dς 417 Scopius ω, Scorpion *tres* ς, *cf. ad III 712* 418 notandus BCς, tenendus ς, uidendus ς 419 Tunc BCDς hesperus ω, *sed cf. II 314* 421 ueteres U^1, *corr.*^{2} 429 somno(s^2)· praebent (t *ras.* nt m^2) U *pauci,* somnoque . praebet Dς

ille memor veteris ritus timidusque deorum
surgit — habent gemini vincula nulla pedes —
signaque dat digitis medio cum pollice iunctis,
occurrat tacito ne levis umbra sibi,
cumque manus puras fontana perluit unda,
vertitur et nigras accipit ante fabas
aversusque iacit. sed dum iacit, 'haec ego mitto,
his' inquit 'redimo meque meosque fabis!'
hoc novies dicit nec respicit; umbra putatur
colligere et nullo terga vidente sequi.
rursus aquam tangit Temesaeaque concrepat aera
et rogat, ut tectis exeat umbra suis.
cum dixit novies 'manes exite paterni!'
respicit et pure sacra peracta putat.
dicta sit unde dies, quae nominis extet origo,
me fugit; ex aliquo est invenienda deo.
Pliade nate, mone, virga venerande potenti!
saepe tibi est Stygii regia visa Iovis.
venit adoratus Caducifer. 'accipe causam
nominis!' ex ipso est cognita causa deo.
Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras,
et male veloci iusta soluta Remo,
Faustulus infelix et passis Acca capillis
spargebant lacrimis ossa perusta suis;
inde domum redeunt sub prima crepuscula maesti,
utque erat, in duro procubuere toro.
umbra cruenta Remi visa est adsistere lecto
atque haec exiguo murmure verba loqui:
'en ego dimidium vestri parsque altera voti,
cernite, sim qualis, qui modo qualis eram!
qui modo, si volucres habuissem regna iubentes,
in populo potui maximus esse meo,

---

435 Terque ς pure UBCς 436 ante UBCDς, ore ς 439 Haec ς 441 Themeseaque: h *del.*^{2} U = Dς 443 nouies dixit D 447 Pleione U^1, Pliade U^2 448 est *om. pauci, Hilb.* 449 adornatus: n *del.* m^3 (= Bς) U 450 est *om.* ς *Hilb.*, deo est ς 451 sqq. *cf. Heinze 32 sqq.* 455 suprema U^1, *corr.*^{3}, Dς

nunc sum elapsa rogi flammis et inanis imago!
  haec est ex illo forma relicta Remo!
heu ubi Mars pater est? si vos modo vera locuti
  uberaque expositis ille ferina dedit.
quem lupa servavit, manus hunc temeraria civis
  perdidit! o quanto mitior illa fuit!
saeve Celer, crudelem animam per volnera reddas,
  utque ego, sub terras sanguinulentus eas!
noluit hoc frater, pietas aequalis in illo est:
  quod potuit, lacrimas manibus ille dedit.
hunc vos per lacrimas, per vestra alimenta rogate,
  ut celebrem nostro signet honore diem!'
mandantem amplecti cupiunt et bracchia tendunt:
  lubrica prensantes effugit umbra manus.
ut secum fugiens somnos abduxit imago,
  ad regem voces fratris uterque ferunt;
Romulus obsequitur lucemque Remuria dicit
  illam, qua positis iusta feruntur avis;
aspera mutata est in lenem tempore longo
  littera, quae toto nomine prima fuit.
mox etiam lemures animas dixere silentum:
  hic sensus verbi, vis ea vocis erat.
fana tamen veteres illis clausere diebus,
  ut nunc ferali tempore operta vides;
nec viduae taedis eadem nec virginis apta
  tempora: quae nupsit, non diuturna fuit;
hac quoque de causa, si te proverbia tangunt,
  mense malas Maio nubere volgus ait.
sed tamen haec tria sunt sub eodem tempore festa
  inter se nulla continuata die.

---

463 sum lapsa *unus*, sum *om.* g ς 465 Heu(s^2) U = BD ς 466 Vberaque (i *ssc.*): i *ssc. m. rec.* U illa U ς 471 et qualis *Postg.* 472 in mea fata dedit BC ς 477 Visaque confugiens BD ς 479 remurria U; Remūria: *cf. Wil. apud Momms. Ges. Schr. IV 15², Wiss. I 243, Ganschinietz R.-E. s. v. 597* dixit BD ς 480 a(uis *i. r.²*) U 481 leuem D ς 484 Is *pauci* ς 486 operta (aperta U) uident U ς 492 nullo *pauci* ς

(10) B VI ID. MAI. C. (11) C V ID. MAI. N.

Quorum si mediis Boeotum Oriona quaeres,
falsus eris: signi causa canenda mihi.
Iuppiter et lato qui regnat in aequore frater
carpebant socias Mercuriusque vias;
tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra
et pronus saturae lac bibit agnus ovis:
forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli,
hos videt, exiguam stabat ut ante casam,
atque ita 'longa via est, nec tempora longa supersunt,'
dixit 'et hospitibus ianua nostra patet.'
addidit et voltum verbis iterumque rogavit;
parent promissis dissimulantque deos.
tecta senis subeunt nigro deformia fumo:
ignis in hesterno stipite parvos erat;
ipse genu nixus flammas exsuscitat aura
et promit quassas comminuitque faces.
stant calices: minor inde fabas, holus alter habebat,
et spumat testu pressus uterque suo;
dumque mora est, tremula dat vina rubentia dextra:
accipit aequoreus pocula prima deus;
quae simul exhausit, 'da, nunc bibat ordine' dixit
'Iuppiter!' audito palluit ille Iove.
ut rediit animus, cultorem pauperis agri
immolat et magno torret in igne bovem,
quaeque puer quondam primis diffuderat annis,
promit fumoso condita vina cado.

---

495 sqq. met. VIII 626 sqq., *cf. Heinze 54 sqq., 66*[1] Schol. Hom. Σ 486 497 sqq. Schol. Germ. p. 93, 13; Hyg. a. II 34 497 cf. Verg. ecl. II 66

---

493 medio *unus* boeoton ς quaeras D, quaeris ς 494 mihi est C ς 495 lato: l *i. r.* U 498 pronum G 499 hireus D ς (cul *i. r.*)tor U 506 externo ς, extremo ς 507 genu posito ς exsuscitat aura G ς, excu|sit ab aura U D ς (ss) 508 profert B ς 509 olus ω *exc.* U g *un.* ς 510 spumant M ς, fumat ς, fumant *duo* testu ς, testo U ς, testa D ς 518 Prodit M *pauci*

nec mora, flumineam lino celantibus ulvam,
  sic quoque non altis, incubuere toris.
nunc dape, nunc posito mensae nituere Lyaeo:
  terra rubens crater, pocula fagus erant.
verba fuere Iovis: 'si quid fert impetus, opta!
  omne feres.' placidi verba fuere senis:
'cara fuit coniunx, prima mihi cara iuventa
  cognita; nunc ubi sit, quaeritis? urna tegit.
huic ego iuratus vobis in verba vocatis
  'coniugio' dixi 'sola fruere meo.'
et dixi et servo, sed enim diversa voluntas
  est mihi: nec coniunx, sed pater esse volo.'
adnuerant omnes: omnes ad terga iuvenci
  constiterant — pudor est ulteriora loqui.
tum superiniecta texere madentia terra,
  iamque decem menses, et puer ortus erat.
hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Uriona:
  perdidit antiquom littera prima sonum.
creverat inmensum; comitem sibi Delia sumpsit;
  ille deae custos, ille satelles erat.
verba movent iram non circumspecta deorum:
  'quam nequeam' dixit 'vincere, nulla fera est.'
scorpion inmisit Tellus: fuit impetus illi
  curva gemelliparae spicula ferre deae;
obstitit Orion. Latona nitentibus astris
  addidit et 'meriti praemia' dixit 'habe!'

---

537 Ps.-Erat. 32 p. 162R.

---

520 discubuere *pauci* 522 crater: c *i. r. ex* g, r *add.*^{2} U cratem D erat BCDς 523 ora Dς, *sed cf. met. VIII 705* 525 prima mihi cara iuventa ς, cara mihi prima iuuenta BCDς, carę michi prima iuuentę U, primae mihi cura iuuentae Gς, clara mihi p. iuuenta ς, primae mihi flore iuventae *Btl.*, cara est mihi prima iuventa *Ehw.* 526 Condita Gς 528 dixit U fuere D^{1} 530 sed] et G 533 Tunc Bς 535 hir|eus: *eras.* c D = ς oriona U 537 Creuit in i. ς fecit ς 539 mouent U$^{1, 3}$, mouet U^{2} ira U^{1}, iram U^{2}, iras BDς 542 gemelliferae Mς

(12) D IV ID. MAI. NP.

Sed quid et Orion et cetera sidera mundo
cedere festinant noxque coartat iter?
quid solito citius liquido iubar aequore tollit
candida Lucifero praeveniente dies?
fallor, an arma sonant? non fallimur, arma sonabant:
Mars venit et veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos caelo descendit honores
templaque in Augusto conspicienda foro:
et deus est ingens et opus; debebat in Vrbe
non aliter nati Mars habitare sui.
digna Giganteis haec sunt delubra tropaeis:
hinc fera Gradivom bella movere decet,
seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
seu quis ab occiduo sole domandus erit.
perspicit armipotens operis fastigia summi
et probat invictos summa tenere deos,
perspicit in foribus diversae tela figurae
armaque terrarum milite victa suo;
hinc videt Aenean oneratum pondere caro
et tot Iuleae nobilitatis avos,
hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
claraque dispositis acta subesse viris;
spectat et Augusto praetextum nomine templum
et visum lecto Caesare maius opus.
voverat hoc iuvenis tunc, cum pia sustulit arma:
a tantis princeps incipiendus erat.
ille manus tendens hinc stanti milite iusto,

---

552 Consol. ad Liv. 284 *(cf. Vollmer, S.-Ber. Bayer. Ak. 1918, 4, 11)*

---

545 Quid quod Dς mundo U^1, mundi U^2 547 subito U^1, solito U^2 nitido ς 551 Vltor: *cf. Wiss. I 146*^{8}, *Franke 20sq.* Ipse: *cf. Vah. Her. 39* 552 angusto *(corr.)* U 557 habeoo: h *del. et lin. post* b *ducta* U lacessit BCDς 559 Prospicit ς 560 inuictas .. deas U, *corr.*^{3}, Gς 561 Prospicit ς tela (ł vela *var.*) U 563 sacro *tres* 569 haec Dς 570 Ath lantis m^1 A tantis m^3 U 571 instanti UBCς

hinc coniuratis talia dicta dedit:
'si mihi bellandi pater est Vestaeque sacerdos
auctor et ulcisci numen utrumque paro,
Mars, ades et satia scelerato sanguine ferrum,
stetque favor causa pro meliore tuos!
templa feres et me victore vocaberis Vltor.'
voverat et fuso laetus ab hoste redit.
nec satis est meruisse semel cognomina Marti:
persequitur Parthi signa retenta manu.
gens fuit et campis et equis et tuta sagittis
et circumfusis invia fluminibus;
addiderant animos Crassorum funera genti,
cum periit miles signaque duxque simul.
signa, decus belli, Parthus Romana tenebat,
Romanaeque aquilae signifer hostis erat!
isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis
Caesaris Ausoniae protegerentur opes.
ille notas veteres et longi dedecus aevi
sustulit: agnorunt signa recepta suos!
quid tibi nunc solitae mitti post terga sagittae,
quid loca, quid rapidi profuit usus equi?
Parthe, refers aquilas, victos quoque porrigis arcus:
pignora iam nostri nulla pudoris habes!
rite deo templumque datum nomenque bis ulto,
et meritus voti debita solvit honor.
sollemnes ludos circo celebrate, Quirites!
non visa est fortem scaena decere deum.

---

572 In||coniurat$\overset{o^{3}}{\text{is}}$ U 573 es UBς 576 fabor U, Pavor *Hilb.* 577 Tela U^1, *corr.*^{3} uocau$\overset{b^{2}}{\text{e}}$ris U 579 meminisse G semel Uς, sui Dς, satis BCς marti/ *ssc.*^{1} ł tis D = *duo*, martis *ω* 580 Prosequitur ς part(h)i DU^3, parthis U^1ς, Partha *Hs.* 582 inv.] undique D 583 genti/ U 584 perit U 585 decus U^3Dς, ducis U^1BCς 587 Hisque U^1, *corr.*^{2} armis U 589 aeui/ U 590 agnoscunt D 595 ẹḍẹṃ *ssc.*^{3} Deo U numenque: *ssc.* o *m. rec.* U ultum *m*^{1}, ultor *m*^{3} U 596 Emeritus Dς uotis *pauci* 597 Solenni G circum BDς

(13) E III ID. MAI. N.

Pliadas adspicies omnes totumque sororum
agmen, ubi ante Idus nox erit una super:
tum mihi non dubiis auctoribus incipit aestas,
et tepidi finem tempora veris habent.

(14) F PRID. ID. MAI. C.

Idibus ora prior stellantia tollere Taurum
indicat: huic signo fabula nota subest.
praebuit ut taurus Tyriae sua terga puellae
Iuppiter et falsa cornua fronte tulit:
illa iubam dextra, laeva retinebat amictus,
et timor ipse novi causa decoris erat;
aura sinus inplet, flavos movet aura capillos:
Sidoni, sic fueras adspicienda Iovi!
saepe puellares subduxit ab aequore plantas
et metuit tactus adsilientis aquae;
saepe deus prudens tergum demisit in undas,
haereat ut collo fortius illa suo.
litoribus tactis stabat sine cornibus ullis
Iuppiter inque deum de bove versus erat;
taurus init caelum; te, Sidoni, Iuppiter inplet,
parsque tuom terrae tertia nomen habet.
hoc alii signum Phariam dixere iuvencam,
quae bos ex homine est, ex bove facta dea. —
tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
mittere roboreo scirpea ponte solet;
corpora post decies senos qui credidit annos Verrius
missa neci, sceleris crimine damnat avos.

---

604 Ps.-Erat. 14 p. 106 R. 605 cf. met. II 858 sqq. (Mosch. Eur. 125 sqq.); *Heinze 58 sq.* 619 Ps.-Erat. 14 p. 106, 10 R. *(cf. Ehw. Burs. 109, 189)* 620 her. XIV 86 621. 622 Lact. I 21, 9

---

600 Agmen/ U 601 Tunc Cς 613 dimittit BCDς 619 cęli (= Bς) *ssc.* ł alii U 620 et boue *ssc.* s. ex U dea est BDς 621 sqq. *cf. Wiss. II 211 sqq.* 621 deorum D^1ς 622 Mitti U^1, *corr.*^{3} 623 sçenos U 623. 624 *p.* 634 *pos. Postg. Pet.*

fama vetus, tunc, cum Saturnia terra vocata est,
talia fatidici dicta fuisse Iovis:
'falcifero libata seni duo corpora gentis
mittite, quae Tuscis excipiantur aquis!'
donec in haec venit Tirynthius arva, quotannis
tristia Leucadio sacra peracta modo;
illum stramineos in aquam misisse Quirites:
Herculis exemplo corpora falsa iaci;
Varro pars putat, ut ferrent iuvenes suffragia soli,
pontibus infirmos praecipitasse senes.
Varro Thybri, doce verum! tua ripa vetustior Vrbe est;
principium ritus tu bene nosse potes.
Thybris harundiferum medio caput extulit alveo
raucaque dimovit talibus ora sonis:
'haec loca desertas vidi sine moenibus herbas;
pascebat sparsas utraque ripa boves,
et, quem nunc gentes Tiberim noruntque timentque,
tunc etiam pecori despiciendus eram.
Arcadis Euandri nomen tibi saepe refertur:
ille meas remis advena torsit aquas;
venit et Alcides turba comitatus Achiva:
Albula, si memini, tunc mihi nomen erat;
excipit hospitio iuvenem Pallantius heros,
et tandem Caco debita poena fuit.
Victor abit secumque boves Erytheidas ultor
abstrahit, at comites longius ire negant,

629—632 Lact. I 21, 8 639 cf. 93 I 243

---

625 tum Bς 626 fuere UBς Iovis *Hs*, iouis (pthei) senis g, dei *unus*, senis ω 627 duo ω *cf. quae Wiss. I 420 sq. collegit*, quot *Merk. Prol. CIV, CLXX sq.*, senilia *Jord. Top. II 282* gentes BDς 629 sqq. *cf. ad I 543 sqq.* 630 deo Dς 633. 634 *del. Merk., cf. Ehw. Burs. 43, 172* 635 est *om.* ς 639 uide *(corr.)* U 640 sparsos Bς 641 tyberis m^1, tyberim m^3 U 642 erat Dς 644 aduenena U 646 Albida D 648 uenit Gς 649 er(e *i. r.*)theidas U *(ex I 543?)* ultor U *pauci* ς, erictheda D praedam Dς, *recte?* 650 at D *pauci*, et UBς iubet, *s. l.* negant U

magnaque pars horum desertis venerat Argis:
montibus his ponunt spemque laremque suom.
saepe tamen patriae dulci tanguntur amore,
atque aliquis moriens hoc breve mandat opus:
'mittite me in Tiberim: Tiberinis vectus in undis
litus ad Inachium pulvis inanis eam.'
displicet heredi mandati cura sepulcri:
mortuos Ausonia conditur hospes humo;
scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
ut repetat Graias per freta longa domos.'
hactenus, et subiit vivo rorantia saxo
antra; leves cursum sustinuistis aquae!

(15) G ID. MAI. NP. (16) H XVII K. IVN. F.
(17) A XVI K. IVN. C. (18) B XV K. IVN. C.
(19) C XIV K. IVN. C.

Clare nepos Atlantis, ades, quem montibus olim
edidit Arcadiis Pleias una Iovi!
pacis et armorum superis imisque deorum
arbiter, alato qui pede carpis iter,
laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra,
quo didicit culte lingua docente loqui,
templa tibi posuere patres spectantia Circum
Idibus! ex illo est haec tibi festa dies.
te, quicumque suas profitetur vendere merces,
ture dato, tribuas ut sibi lucra, rogat.
est aqua Mercurii portae vicina Capenae:
si iuvat expertis credere, numen habet.

---

665 Hor. c. I 10

---

651 agris UGς, *corr. Hs.*, desertis mansit in agris Dς
ł in
655 tyberim U, in tiberim Bς, tiberim (*om.* in) Dς, ty(i)beri ς
in] ut ς 658 Hic tuus BCς 659 tyberi m^1 tyberim m^2 U
661 et DCς, ut UBς, *sed cf. am. III 1, 31; 6, 79 (Pet.)*, ut uiuo
subiit *pauci* 662 cursus D 664 $\overset{n}{\text{ua}}$ U, uda *Btl.*, *sed cf. IV 79 et Ehw. ad met. I 227* 668 fauente Gς 670 festa D^2BLVς, facta U^1D^1GMς, sacra U^3ς 671 profitentur Uς
672 rogant Uς 674 $\overset{u^3}{\text{nomen}}$ U

huc venit incinctus tunica mercator et urna
purus suffita, quam ferat, haurit aquam.
uda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab uda
omnia, quae dominos sunt habitura novos;
spargit et ipse suos lauro rorante capillos
et peragit solita fallere voce preces:
'ablue praeteriti periuria temporis,' inquit,
'ablue praeteritae perfida verba die!
sive ego te feci testem falsove citavi
non audituri numina magna Iovis,
sive deum prudens alium divamve fefelli,
abstulerint celeres inproba verba noti,
et pateant veniente die periuria nobis,
nec curent superi si qua locutus ero!
da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro
et fac, ut emptori verba dedisse iuvet!'
talia Mercurius poscentes ridet ab alto,
se memor Ortygias subripuisse boves.

(20) D XIII K. IVN. C.

At mihi pande, precor, tanto meliora petenti,
in Geminos ex quo tempore Phoebus eat;
'cum totidem de mense dies superesse videbis,
quot sunt Herculei facta laboris' ait.
'dic' ego respondi 'causam mihi sideris huius;'
causam facundo reddidit ore deus:

---

675 tunicam *Moreti cod. v. scr., sed cf. 217,* tunicas Gς 676 sufitam *ssc.* f U *duo,* suffusa BDς, suffusam ς ferit U[1], *corr.*[3], gerit *unus,* Purus suffit aquam suffit et haurit aquam G 682 praeteritae *Scal. Grut.*, praeterita/ U = D *plurimi*, praeterito Gς, praeteriti *dubit. ci. Ehw.* fide *pauci; die = diei (sic explic.* C), *cf. fide met. III 341 (Prisc. VII 93) VII 728. 737* 683 que CMς falsusue G *duo*, falsusque *unus* uocaui ς, iuraui *vel* uitaui *singuli* 684 nomina ς uana Uς 686 dicta Gς 687 pereant Bς 690 fac U[1], face U[3], facito ut *unus* 691 poscent(é *i. r.*[2]) U, poscentem *pauci* 693 Aduenerande B, Admirande Cς tanto U[1]Dς, multo U[3] 695 super esse dies de m. Dς 697 Dic age G(?) *sub r. et unus* 698 prodidit ς

'abstulerant raptas Phoeben Phoebesque sororem
  Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil;
bella parant repetuntque suas et frater et Idas,
  Leucippo fieri pactus uterque gener.
his amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint,
  suadet, et ex causa pugnat uterque pari.
effugere Oebalidae cursu potuere sequentes,
  sed visum celeri vincere turpe fuga.
liber ab arboribus locus est, apta area pugnae:
  constiterant illo — nomen Aphidna — loco.
pectora traiectus Lynceo Castor ab ense
  non expectato volnere pressit humum;
ultor adest Pollux et Lyncea perforat hasta,
  qua cervix humeros continuata premit.
ibat in hunc Idas vixque est Iovis igne repulsus,
  tela tamen dextrae fulmine rapta negant;
iamque tibi, Pollux, caelum sublime patebat,
  cum 'mea' dixisti 'percipe verba, pater!
quod mihi das uni caelum, partire duobus:
  dimidium toto munere maius erit.'
dixit et alterna fratrem statione redemit:
  utile sollicitae sidus utrumque rati.'

(21) E XII K. IVN. NP.

Ad Ianum redeat, qui quaerit, Agonia quid sint:
  quae tamen in fastis hoc quoque tempus habent.

(22) F XI K. IVN. N.

Nocte sequente diem canis Erigoneius exit:
  est alio signi reddita causa loco.

---

704 ex] a GM[1] *unus* 706 uisum est U (*ssc.* est), BCς fuga est *unus* 708 illic n. A. l. G, nomin(*ssc.* a)fida: in *i. r.* U = Dς; *interp. Ri. Hilb. 436* 712 premit CDς, tegit Uς *Ehw.* 713 que *om.* Bgς 715 caelum pollux *pauci* petebat Bς 716 suscipe ς 719 recepit BDς 720 uterque Gς 721 sit U[1]D, sīt U[2] *vid. I 317sqq.* 722 infantes U[1], in fastis U[3], infames *unus* hęc (o[3]) U habet U[1]ς, habēt U[2] 723 die B 724 *vid. IV 939*

(23) G X K. IVN. NP.

Proxima Volcani lux est, Tubilustria dicunt:
  lustrantur purae, quas facit ille, tubae.

(24) H IX K. IVN. Q. R. C. F.

Verrius

Quattuor inde notis locus est, quibus ordine lectis
  vel mos sacrorum vel fuga regis inest.

(25) A VIII K. IVN. C. (26) B VII K. IVN. C.
(27) C VI K. IVN. C.

Nec te praetereo, populi Fortuna potentis
  publica, cui templum luce sequente datum est.
hanc ubi dives aquis acceperit Amphitrite,
  grata Iovi fulvae rostra videbis avis;
auferet ex oculis veniens Aurora Booten,
  continuaque die sidus Hyantis erit.

LIBER SEXTVS

⟨PROOEMIVM⟩

Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas:
  quae placeat, positis omnibus ipse lege.
facta canam, sed erunt, qui me finxisse loquantur,
  nullaque mortali numina visa putent.
est deus in nobis, agitante calescimus illo:

---

732 cf. Ps.-Erat. 30 p. 156 R. VI 5 cf. a. a. III 549; ex P. III 4, 93

---

725 $\overset{t}{u}$bil. U, ubi lustria Gς, quam lustria BDς 727 inde locis G 730 templum est ς datum est UBDς, datum ς *Hilb.* 731 susceperit *duo* ς amphitrites U 733 Auferet UDς, Auferat Gς, Aufert BCMς boeten Dς, boetem ς 734 Continuumque GM[1] (h)iantis UD 733. 734. 731. 732 *transp. duo*

LIB UI U, Explicit quintus lib.' incip̄. VI' de mense iunii *Berol. b. D. mss. fol. n. 123*

VI 1 in] ex Dg, de ς 2 placeat *Reland. Berol. Ehw.*, placeant *ω* lege Uς, leges DBς, legas ς

impetus hic sacrae semina mentis habet;
fas mihi praecipue voltus vidisse deorum,
vel quia sum vates, vel quia sacra cano.
est nemus arboribus densum, secretus ab omni
voce locus, si non obstreperetur aquis:
hic ego quaerebam, coepti quae mensis origo
esset, et in cura nominis huius eram.
ecce deas vidi, non quas praeceptor arandi
viderat, Ascraeas cum sequeretur oves,
nec quas Priamides in aquosae vallibus Idae
contulit: ex illis sed tamen una fuit.
ex illis fuit una, sui germana mariti;
haec erat, agnovi, quae stat in arce Iovis.
horrueram tacitoque animum pallore fatebar;
tum dea, quos fecit, sustulit ipsa metus.
namque ait 'o vates, Romani conditor anni, Verrius
ause per exiguos magna referre modos,
ius tibi fecisti numen caeleste videndi,
cum placuit numeris condere festa tuis;
ne tamen ignores volgique errore traharis,
Iunius a nostro nomine nomen habet.
est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem:
fratre magis, dubito, glorier anne viro.
si genus adspicitur, Saturnum prima parentem
feci, Saturni sors ego prima fui.
a patre dicta meo quondam Saturnia Roma est:
haec illi a caelo proxima terra fuit.
si torus in pretio est, dicor matrona Tonantis,
iunctaque Tarpeio sunt mea templa Iovi.
an potuit Maio paelex dare nomina mensi,
hic honor in nobis invidiosus erit?

---

33 Ps.-Acro ad Hor. c. III 4, 59 Hinc matrona Iuno] Ouidius Summi matrona Tonantis, *sed cf. met. II 466 (falso in editione O. Kelleri)*

---

10 aqua D 11 Hinc *edd. vett.* 20 Tunc ς, Cum *pauci* Illa Bς 24 Dum CM, Cui *Markland* festa Iouis *duo* 25 Nec Bς 30 fuit Uς 32 a] e *edd. vett.* 33 dicar ς

cur igitur regina vocor princepsque dearum,
  aurea cur dextrae sceptra dedere meae?
an facient mensem luces, Lucinaque ab illis
  dicar et a nullo nomina mense traham?
tum me paeniteat posuisse fideliter iras
  in genus Electrae Dardaniamque domum!
causa duplex irae: rapto Ganymede dolebam,
  forma quoque Idaeo iudice victa mea est.
paeniteat, quod non foveo Carthaginis arces,
  cum mea sint illo currus et arma loco;
paeniteat Sparten Argosque measque Mycenas
  et veterem Latio subposuisse Samon;
adde senem Tatium Iunonicolasque Faliscos,
  quos ego Romanis subcubuisse tuli!
sed neque paeniteat, nec gens mihi carior ulla est:
  hic colar, hic teneam cum Iove templa meo!
ipse mihi Mavors 'commendo moenia' dixit
  'haec tibi; tu pollens urbe nepotis eris.'
dicta fides sequitur! centum celebramur in aris,
  nec levior quovis est mihi mensis honor.
nec tamen hunc nobis tantummodo praestat honorem
  Roma: suburbani dant mihi munus idem.
inspice, quos habeat nemoralis Aricia fastos
  et populus Laurens Lanuviumque meum:
est illic mensis Iunonius! inspice Tibur
  et Praenestinae moenia sacra deae:
Iunonale leges tempus! nec Romulus illas
  condidit, at nostri Roma nepotis erat.'
Verrius finierat Iuno, respeximus: Herculis uxor
  stabat, et in voltu signa vigoris erant.

---

43. 44 cf. Verg. A. I 26—28   45. 46 cf. Verg. A. I 15—17

---

39 faciant ς, faciunt ς *edd. vett.*   41 Tunc ς   43 irae est Dgς; *dist. del. Pet.*   45 foueam Dgς, fovi ς   46 Dum B   52 color Cς   teneo Cς   57 praestet G   60 Lauiniumque (= Dς) nemus (= *unus*) U^1, *corr.*^{2} 61 Iunonius: *cf. Wiss. I 187*^{7} aspice Bς   62 meae ς   64 a nostris GM^1 erit M^1 66 uigoris $UDMM^1g$ς, decoris Bς, doloris CTM^2 pudoris, ruboris, dolentis *singuli; cf. Kekulé, Hebe 15. 75*

'non ego, si toto mater me cedere caelo
iusserit, invita matre morabor' ait.
'nunc quoque non luctor de nomine temporis huius:
blandior et partes paene rogantis ago
remque mei iuris malim tenuisse precando:
et faveas causae forsitan ipse meae!
aurea possedit socio Capitolia templo
mater et, ut debet, cum Iove summa tenet;
at decus omne mihi contingit origine mensis:
unicus est, de quo sollicitamur, honor.
quid grave, si titulum mensis, Romane, dedisti
Herculis uxori posteritasque memor?
haec quoque terra aliquid debet mihi nomine magni
coniugis: huc captas adpulit ille boves;
hic male defensus flammis et dote paterna
Cacus Aventinam sanguine tinxit humum.
ad propiora vocor: populum digessit ab annis
Romulus in partes distribuitque duas;
haec dare consilium, pugnare paratior illa est,
haec aetas bellum suadet, at illa gerit.
sic statuit mensesque nota secrevit eadem:
Iunius est iuvenum, qui fuit ante, senum.'
dixit, et in litem studio certaminis issent
atque ira pietas dissimulata foret,
venit Apollinea longas Concordia lauro Auctor?
nexa comas, placidi numen opusque ducis;
haec ubi narravit Tatium fortemque Quirinum
binaque cum populis regna coisse suis
et Lare communi soceros generosque receptos,
'his nomen iunctis Iunius' inquit 'habet.'
dicta triplex causa est! at vos ignoscite, divae:
res est arbitrio non dirimenda meo!
ite pares a me! perierunt iudice formae
Pergama: plus laedunt, quam iuvat una, duae.

67 Nunc U 68 parte U 69 Hoc B 72 faueat Mς ipsa Mς, illa *unus* 73 posito Bς 74 templa BDς 77 dedistis C *duo* 80 attulit CDς 86 suadeat . gerat (= ς) *(corr.)* U 88 est] hic G 93 tacitum *duo* 100 iuuet BDgς

(1) H K. IVN. N.

Prima dies tibi, Carna, datur: dea cardinis haec est;
numine clausa aperit, claudit aperta suo.
unde datas habeat vires, obscurior aevo
fama, sed e nostro carmine certus eris.
adiacet antiquos Tiberino lucus Helerni:
pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
inde sata est nymphe — Cranen dixere priores —
nequiquam multis saepe petita procis.
rura sequi iaculisque feras agitare solebat
nodosasque cava tendere valle plagas;
non habuit pharetram, Phoebi tamen esse sororem
credebant, nec erat, Phoebe, pudenda tibi.
huic aliquis iuvenum dixisset amantia verba,
reddebat tales protinus illa sonos:
'haec loca lucis habent nimis, et cum luce pudoris;
si secreta magis ducis in antra, sequor.'
credulus ante ut iit, frutices haec nacta resistit
et latet et nullo est invenienda modo.
viderat hanc Ianus visaeque cupidine captus
ad duram verbis mollibus usus erat;
nympha iubet quaeri de more remotius antrum
utque comes sequitur destituitque ducem.
stulta! videt Ianus, quae post sua terga gerantur;
nil agis, et latebras respicit ille tuas.
nil agis, en! dixi: nam te sub rupe latentem
occupat amplexu speque potitus ait:

---

103 ratas *Hs., sed cf. 130* aeuo est Cς 105 antiqui *pauci* ς, antiquis *unus* tiberini D elerni CDς, *corr. Hs. cf. II 67*, alerni U, (h)ilerni Bς, auerni *tres*, helerno *quatuor* 107 facta *corr.* sata U grannen U[1]ς, cranen U[3] *Pet.*, gramen Bς, ganien CDg, grangen ς, granem ς, Cranaen *Merk. p. CXCV* 108 Nequicquam gς 113 si quis ς 116 sequar Dς 117 ante ut iit D, ante iit (ut *Keil*) U, anteiuit C *duo*, ante init *vel* subit *vel* adiit ς, antra subit *duo*, ille anteit *Ehw. Pr. 1892, 6* 118 loco Bς 123 Cuncta ς geruntur ς, feruntur ς, ferantur *unus* 124 en B *Btl.* illa *(corr.)* U 125 dixi Dg *pauci*, dixit UBς 126 teque *ω exc.* U *duobus*

'ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto:
  hoc pretium positae virginitatis habe!'
sic fatus spinam, qua tristes pellere posset
  a foribus noxas — haec erat alba — dedit.
sunt avidae volucres, non quae Phineia mensis
  guttura fraudabant, sed genus inde trahunt:
grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinis,
  canities pinnis, unguibus hamus inest;
nocte volant puerosque petunt nutricis egentes
  et vitiant cunis corpora rapta suis;
carpere dicuntur lactentia viscera rostris
  et plenum poto sanguine guttur habent.
est illis strigibus nomen, sed nominis huius
  causa, quod horrenda stridere nocte solent.
sive igitur nascuntur aves, seu carmine fiunt
  naeniaque in volucres Marsa figurat anus,
in thalamos venere Procae: Proca natus in illis
  praeda recens avium quinque diebus erat,
pectoraque exsorbent avidis infantia linguis;
  at puer infelix vagit opemque petit.
territa voce sui nutrix adcurrit alumni
  et rigido sectas invenit ungue genas.
quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim
  esse solet seris, quas nova laesit hiems.
pervenit ad Cranen et rem docet; illa 'timorem
  pone! tuos sospes' dixit 'alumnus erit.'
venerat ad cunas: flebant materque paterque;
  'sistite vos lacrimas, ipsa medebor!' ait.
protinus arbutea postes ter in ordine tangit
  fronde, ter arbutea limina fronde notat;

---

129 fa(c *del.*)tus U uirgam BCς quae *pauci* possit D 130 laribus *duo* 132 fraudebant D^1 *unus*, foedabant ς 133 stantesque Dgς rapinae Dς 134 pennis U, plumis ς 140 horrenda ω, quoque h. est B, horrendum *Ulit. Btl.* nocte ω, uoce *Hs.* 142 falsa BDς, saga *unus* 146 Qui D, Et Bς 147 genitrix *tres* occurrit Uς 149 *cf. ad III 555* 151 *cf. ad 107* 152 tuum G *tres* 153 stabant G

spargit aquis aditus — et aquae medicamen habebant —
extaque de porca cruda bimenstre tenet
atque ita 'noctis aves, extis puerilibus' inquit
'parcite! pro parvo victima parva cadit.
cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras;
hanc animam vobis pro meliore damus.'
sic ubi libavit, prosecta sub aethere ponit,
quique adsint sacris, respicere illa vetat,
virgaque Ianalis de spina ponitur alba,
qua lumen thalamis parva fenestra dabat.
post illud nec aves cunas violasse feruntur,
et rediit puero, qui fuit ante, color. —
Pinguia cur illis gustentur larda Kalendis,
mixtaque cum calido sit faba farre, rogas?
prisca dea est aliturque cibis, quibus ante solebat,
nec petit adscitas luxuriosa dapes.
piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,
ostreaque in conchis tuta fuere suis;
nec Latium norat, quam praebet Ionia dives,
nec quae Pygmaeo sanguine gaudet, avem;
et praeter pinnas nihil in pavone placebat,
nec tellus captas miserat ante feras;
sus erat in pretio, caesa sue festa colebant;
terra fabas tantum duraque farra dabat.
quae duo mixta simul sextis quicumque Kalendis
ederit, huic laedi viscera posse negant. —
Arce quoque in summa Iunoni templa Monetae
ex voto memorant facta, Camille, tuo:

---

157 et quae *pauci,* sed quae *unus* 158 bime(n^2)stre U bimenstra G, bimonstre g, bimatre, bimestre *pauci* 159 habes m^1 aues m^2 U 163 sub aethera *pauci* 164 (ad-)assunt s. BDς, Que sacris adsunt Cς 165 ponitur Bς, sumitur UDς subditur *Ulit.* 169 gustantur Bς *fort. recte, cf. Leo, Senec. I 92 sqq.* 173 illis populis BDGς 175 aonia ς 176 au(em *i. r.*) U = Cς, auis Dς 178 (ui *i. r.*)derat G Afra feras *Hs. Ri., sed cf. Merk. Teubn.*^{2} *p. XXXX* 180 *om.* D 183 in] his *i. r.* G, ex Cς

ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam
a Capitolino reppulit arma Iove.
quam bene, di magni!, pugna cecidisset in illa,
defensor solii, Iuppiter alte, tui!
vixit, ut occideret damnatus crimine regni:
hunc illi titulum longa senecta dabat. —
Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra
adpositum Tectae porta Capena Viae. —
Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur,
cum paene est Corsis obruta classis aquis.
haec hominum monimenta patent: si quaeritis astra,
tunc oritur magni praepes adunca Iovis.

(2) A IIII NON. IVN. F

Postera lux Hyadas, Taurinae cornua frontis,
evocat, et multa terra madescit aqua.

(3) B III NON. IVN. C.

Mane ubi bis fuerit Phoebusque iteraverit ortus
factaque erit posito rore bis uda seges,
hac sacrata die Tusco Bellona duello
dicitur et Latio prospera semper adest.
Appius est auctor, Pyrrho qui pace negata Ennius?
multum animo vidit, lumine captus erat.
prospicit a templo summum brevis area Circum:
est ibi non parvae parva columna notae;
hinc solet hasta manu, belli praenuntia, mitti,
in regem et gentes cum placet arma capi.

---

185 malli UBς fuerant GMς 187 Qui B 188 defensorque tui .. soli B *vel* solii ς 191 festa est Marti D 192 tectae BDς, dextrę U *pauci*, rectae ς 194 est *om.* D crassis *(corr.)* U 195 monum. patent hom. Dg *unus*, proba(n)t ς, manent ς quaerimus BDς 197 *cf. Gundel 106* 198 madescet *unus Moreti* 199 intrauerit CGς 204 caecus ς, cassus *pauci sed cf. Liv. IX 29, 11 Val. Max. I 1, 17, cf. codd. Plin. ep. IV 22, 5* 205 tergo BDς 206 ubi Bς

(4) C PR. NON. IVN. C.

Altera pars Circi Custode sub Hercule tuta est,
quod deus Euboico carmine munus habet.
muneris est tempus: qui Nonas Lucifer ante est;
si titulum quaeris: Sulla probavit opus.

(5) D NON. IVN. N.

Quaerebam, Nonas Sanco Fidione referrem,
an tibi, Semo pater; tum mihi Sancus ait:
'cuicumque ex istis dederis, ego munus habebo:
nomina terna fero: sic voluere Cures.'
hunc igitur veteres donarunt aede Sabini
inque Quirinali constituere iugo.

(6) E VIII ID. IVN. N.

Est mihi, sitque, precor, nostris diuturnior annis,
filia, qua felix sospite semper ero.
hanc ego cum vellem genero dare, tempora taedis
apta requirebam, quaeque cavenda forent;
tum mihi post sacras monstratur Iunius Idus
utilis et nuptis, utilis esse viris,
primaque pars huius thalamis aliena reperta est;
nam mihi sic coniunx sancta Dialis ait:
'donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta
detulerit flavis in mare Thybris aquis,
non mihi dentosa crinem depectere buxo,
non ungues ferro subsecuisse licet,

---

210 Qui Cς 211 *interp. Marx 219* quo U anteit *Hs. prob. Ehw.* 212 titulos BDς; *interp. Hs.* fulio praebet (?) G 213 sancto BDς, *cf. Prop. IV 9, 71 sed cf. Wiss. I 129 sqq.* 214 semi pater U[1], semipater BDς, *corr. Scal. Hs.*, semi caper U[2], semicaper ς cum ς sanctus BDς 215 illis DGς 216 trina ς 218 loco (= g) ł iugo D 223 Tunc CDς monstrabat U, monstratus GMς 226 Da mihi (si) G *in lit.* 228 Deciderit flauas ... aquas G 229 dentosa *Hs.*, detonso UBDς, detonsum *quatuor,* detonsae *edd. vett.*, detonsas *Davies* crinem Uς, crines Dgς detexere D

non tetigisse virum, quamvis Iovis ille sacerdos,
  quamvis perpetua sit mihi lege datus.
tu quoque ne propera! melius tua filia nubet,
  ignea cum pura Vesta nitebit humo.'

(7) F VII ID. IVN. N.

Tertia post Nonas removere Lycaona Phoebe
  fertur, et a tergo non habet Vrsa metum;
tunc ego me memini ludos in gramine campi
  adspicere et dici, lubrice Thybri, tuos.
festa dies illis, qui lina madentia ducunt
  quique tegunt parvis aera recurva cibis.

(·) G VI ID. IVN. N.

Mens quoque numen habet: Mentis delubra videmus
  vota metu belli, perfide Poene, tui.
Poene rebellaras, et leto consulis omnes
  adtoniti Mauras pertimuere manus.
spem metus expulerat: cum Menti vota senatus
  suscipit et melior protinus illa venit.
adspicit instantes mediis sex lucibus Idus
  illa dies, qua sunt vota soluta deae.

(9) H V ID. IVN. N.

Vesta, fave! tibi nunc operata resolvimus ora,
  ad tua si nobis sacra venire licet.
in prece totus eram: caelestia numina sensi,
  laetaque purpurea luce refulsit humus;
non equidem vidi — valeant mendacia vatum! —
  te, dea, nec fueras adspicienda viro;
sed quae nescieram, quorumque errore tenebar,

234 Ignea *i. r.* U Vesta *Scal.*, ueste UBDς, peste G humus *ω*, *corr. Scal.* 236 habitura G 238 didici Cς thibri U 241 menti ς uidebis C, fatemur V 243 letho U^2 245 extulerat BCς, abstulerat Dgς 247 sex] ex U 249 fauentibi *corr.* fauetibi U optata D 252 resedit G 254 *cf. Jord. Tempel d. Vesta 70* 255 trahebar ς

cognita sunt nullo praecipiente mihi.
dena quater memorant habuisse Parilia Romam,
cum flammae custos aede recepta dea est,
regis opus placidi, quo non metuentius ullum
numinis ingenium terra Sabina tulit.
quae nunc aere vides, stipula tum tecta videres,
et paries lento vimine textus erat.
hic locus exiguos, qui sustinet atria Vestae,
tunc erat intonsi regia magna Numae;
Varro forma tamen templi, quae nunc manet, ante fuisse
dicitur, et formae causa probanda subest.
Vesta eadem est et terra: subest vigil ignis utrique;
significant sedem terra focusque suam:
terra pilae similis nullo fulcimine nixa;
aere subiecto tam grave pendet onus;
ipsa volubilitas libratum sustinet orbem,
quique premat partes, angulus omnis abest,
cumque sit in media rerum regione locata
et tangat nullum plusve minusve latus:
ni convexa foret, parti vicinior esset,
nec medium terram mundus haberet onus;
arte Syracosia suspensus in aere clauso
stat globus, inmensi parva figura poli,

---

261 cf. III 183sqq. 270 met. I 12 271sqq. cf. Lact. III 24, 6

---

256 nulla Cς 257 Dona D, Denaque t · U[1] *duo*, Denique ter U[2], Dena quater U[3] parilia U, palilia Dς, palladia B romam U, numen BDg *pauci*, nomen ς 258 sua est *pauci* 259 placidum G *pauci* 261 aere nitent ς, uirent Cς, esse uides B *pauci* tunc ς uidebant G, uirebant BDς, nitebant *unus* 266 sua est *Hs.* 267 eadem est et *Merk. ed. Reim. cf. 460,* eademque et U, eadem est quae ς, eadem quae *edd.* 268 *cf. Merk. Prol. p. C* s. que deam tecta f. s. *Hertzb.*, s. que deam templa f. s. *Pet.*, s. que sedem terra tholusque s. *Klußmann*, assimilant *vel tale quid Ri.* 270 Aerae D 271—276 *om.* BDLTVς, *post* 280 *add. unus; suo loco desunt 'sed infra leguntur'* G, *del. Merk.* (—278 *Btl.*), *Magnus ad met. XII 434—438 sed cf. Vah. 98, Ehw. B. 9* 274 Vt *Postg.* 275 conexa (c *i. r.*) U *tres* 276 terrae m. h. o. ς 277 Arce ς sy(i)racusia UBDς, *corr. Hs.* 278 soli ς, tholi *duo*

et quantum a summis, tantum secessit ab imis
terra, quod ut fiat, forma rotunda facit;
par facies templi: nullus procurrit in illo
angulus; a pluvio vindicat imbre tholus. —
Cur sit virginibus, quaeris, dea culta ministris?
inveniam causas hac quoque parte suas.
ex Ope Iunonem memorant Cereremque creatas Auctor Graecus ?
semine Saturni, tertia Vesta fuit;
utraque nupserunt, ambae peperisse feruntur,
de tribus inpatiens restitit una viri;
quid mirum, virgo si virgine laeta ministra
admittit castas ad sua sacra manus?
nec tu aliud Vestam quam vivam intellege flammam: Varro
nataque de flamma corpora nulla vides.
iure igitur virgo est, quae semina nulla remittit
nec capit et comites virginitatis amat. —
Esse diu stultus Vestae simulacra putavi,
mox didici curvo nulla subesse tholo;
ignis inextinctus templo celatur in illo,
effigiem nullam Vesta nec ignis habet.
stat vi terra sua: vi stando Vesta vocatur,
causaque par Grai nominis esse potest,
at focus a flammis et quod fovet omnia dictus,
qui tamen in primis aedibus ante fuit;
hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando
praefamur Vestam, quae loca prima tenet. —
Ante focos olim scamnis considere longis

---

291. 292 Isid. Etym. VIII 11, 68 291—294 Lact. I 12, 6 295 cf. III 45 301 cf. Arnob. adv. n. III 32, Serv. Aen. II 296; XI 211 (Varro)

---

279 discessit ς 280 terra rotunda G ς 281 Stat B procumbit CM[1] 282 *cf. Serv. ad Aen. IX 406* uendicat D 283 uirgineis C ς 290 in D ς 294 amat *Lact.* D ς *Krüg. 16*, habet U ς 298 habent B D ς 300 pars U D ς graii C D ς, graeci ς 301 et] vel ς f(ou *i. r.*[2])et U 303 unde (inde Cg *pauci*) precamur B C D g ς 304 Quae f. U B C D g ς, *corr. Hs.*, Et f. *unus*, Affamur *tres*, Quaeramus *vel* Quaeramur *singuli* Vestam ς, Vesta U ς, Vesta est B D g ς Dicimus o Vesta ς tenes ς 305 longis . scamnis C ς

mos erat et mensae credere adesse deos;
nunc quoque, cum fiunt antiquae sacra Vacunae,
ante Vacunales stantque sedentque focos.
venit in hos annos aliquid de more vetusto:
fert missos Vestae pura patella cibos. —
Ecce coronatis panis dependet asellis,
et velant scabras florida serta molas;
sola prius furnis torrebant farra coloni,
et Fornacali sunt sua sacra deae:
subpositum cineri panem focus ipse parabat,
strataque erat tepido tegula quassa solo.
inde focum servat pistor dominamque focorum
et quae pumiceas versat asella molas.
praeteream referamne tuom, rubicunde Priape,
dedecus? est multi fabula parva ioci.
turrigera frontem Cybele redimita corona
convocat aeternos ad sua festa deos.
convocat et satyros et, rustica numina, nymphas;
Silenus, quamvis nemo vocarat, adest.
nec licet et longum est epulas narrare deorum:
in multo nox est pervigilata mero.
hi temere errabant in opacae vallibus Idae,
pars iacet et molli gramine membra levat;
hi ludunt, hos somnus habet, pars bracchia nectit
et viridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet placidamque capit secura quietem,
sicut erat, positum caespite fulta caput;

---

311 sqq. cf. Lact. I 21, 25   321 sqq. cf. I 391—440 (II 305—356)

---

307 fuerint *pauci*   309 aliquo .. vetustas BDς   310 parua *unus*, curua *pauci*   312 florea *tres et edd. vett.*   farra *tres* comas ς   313 Tota (*vel* Solda?) *Madv.*   314 fornicali BDς sua] stata *quinque*   315 Sub positum D   316 era (= *ab e.*) *Merk.*[2]   cassa (= *cava*) *Voss*   foco Dgς   317 locum GM[1] obseruat U *Madv.*   318 quas UCς   puniceas D, *corr.*[2], B *et* C *v. scr.* ς   319 Praeterea UDς   320 multi⁝ *ras. unius lit.* D   plena Cς   321 turrifera *Deipser, cf. IV 219*   Cybele(m *del.*) U   325 libet *Hs.*   327 Di ς   collibus Dgς   331 secreta D *cf. I 423 ultima*

at ruber hortorum custos nymphasque deasque
 captat et errantes fertque refertque pedes;
adspicit et Vestam: dubium, nymphamne putarit
 an scierit Vestam, scisse sed ipse negat.
spem capit obscaenam furtimque accedere temptat
 et fert suspensos corde micante gradus.
forte senex, quo vectus erat, Silenus asellum
 liquerat ad ripas lene sonantis aquae;
ibat, ut inciperet longi deus Hellesponti,
 intempestivo cum rudit ille sono.
territa voce gravi surgit dea; convolat omnis
 turba, per infestas effugit ille manus:
Lampsacus hoc animal solita est mactare Priapo;
 apta asini flammis indicis exta damus.
quem tu, diva, memor de pane monilibus ornas,
 cessat opus; vacuae conticuere molae. —
Nomine quam pretio celebratior arce Tonantis
 dicam Pistoris quid velit ara Iovis.
cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis:
 fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad solium superis regale vocatis
 'incipe!' ait Marti; protinus ille refert:
'scilicet ignotum est, quae sit fortuna malorum,
 et dolor hic animi voce querentis eget!
si tamen, ut referam breviter mala iuncta pudori,
 exigis: Alpino Roma sub hoste iacet!
haec est, cui fuerat promissa potentia rerum,
 Iuppiter? hanc terris inpositurus eras?

---

349 sqq. cf. Lact. I 20, 33; *Heinze 68 sq.*

---

335 dub. est ς putaret D 336 sciret Dg 343 conuocat U^1, *corr.*^{3} 344 Torua U^2, *recte*^{1} 345 Lapsacus U^1, *corr.*^{3} La(m)psacos Dς hinc *unus et Bergk prob. Ehw., sed cf. I 439 sq. haec victima,* hinc a. s. hoc *Burm.*, hunc soli solita *quatuor* ς 346 Hinc *Burm., dist. del. Hs. Merk.* 349 quam p̄cipio D 350 Dicam UG, Discant BCDς, Discam *duo*, Dicant M *et quinque,* Discite *Hs.* pistores BCDς 355 est *om.* Dς meorum *cod. Moret.* locorum, deorum, uiarum ς 356 hic *m*^{2} *ex* hu≡ U 358 fuit M, ruit *Hs.*

iamque suburbanos Etruscaque contudit arma:
  Spes erat in cursu: nunc lare pulsa suo est!
vidimus ornatos aerata per atria picta
  veste triumphales occubuisse senes;
vidimus Iliacae transferri pignora Vestae
  sede: putant aliquos scilicet esse deos!
at si respicerent, qua vos habitatis in arce,
  totque domos vestras obsidione premi,
nil opis in cura scirent superesse deorum
  et data sollicita tura perire manu.
atque utinam pugnae pateat locus! arma capessant
  et, si non poterunt exsuperare, cadant.
nunc inopes victus ignavaque fata timentes
  monte suo clausos barbara turba premit.'
tunc Venus et lituo pulcher trabeaque Quirinus
  Vestaque pro Latio multa locuta suo est.
'publica' respondit 'cura est pro moenibus istis,'
  Iuppiter 'et poenas Gallia victa dabit.
tu modo, quae desunt fruges, superesse putentur,
  effice, nec sedes desere, Vesta, tuas!
quodcumque est solidae Cereris, cava machina frangat,
  mollitamque manu duret in igne focus.'
iusserat, et fratris virgo Saturnia iussis
  adnuit, et mediae tempora noctis erant;
iam ducibus somnum dederat labor: increpat illos
  Iuppiter et sacro, quid velit, ore docet:
'surgite et in medios de summis arcibus hostes
  mittite, quam minime mittere voltis, opem!'

363 errata *vel* aurata *pauci,* cerata *Lipsius,* reserata *Hs.,* sacrata *Merk.* 364 triumphales: es *ex* i m^1 U 366 Cęde m^1 Sede m^3 U, Cede BCDς, Aede ς 367 habitastis BCD[1] 368 domus ς 369 curas UBDgς 371 capessent Bς 372 poterint Uς cadent UBCς 373 victus *fort. acc. plur., cf. met. I 312 (Ehw. Burs. 80, 92)* 374 tuo *Hilb. Ehw.* 375 Tum Bς 376 est *om.* B *et quatuor* 380 Latium . . tuum *duo* 381 cereris solidae CMgς frangit U[1], *corr.*[3] 382 mollitumque *Hs.* 385 incr. omnes CM 388 tradere ς, perdere *tres*

somnus abit, quaeruntque novis ambagibus acti,
tradere quam nolint et iubeantur opem.
ecce, Ceres visa est: iaciunt Cerialia dona!
iacta super galeas scutaque longa sonant.
posse fame vinci spes excidit! hoste repulso
candida Pistori ponitur ara Iovi. —
Forte revertebar festis Vestalibus illa,
quae nova Romano nunc via iuncta foro est:
huc pede matronam vidi descendere nudo;
obstipui tacitus sustinuique gradum.
sensit anus vicina loci iussumque sedere
adloquitur quatiens voce tremente caput:
'hoc, ubi nunc fora sunt, udae tenuere paludes,
amne redundatis fossa madebat aquis;
Curtius ille lacus siccas qui sustinet aras
nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit;
qua Velabra solent in circum ducere pompas,
nil praeter salices cassaque canna fuit;
saepe suburbanas rediens conviva per undas
cantat et ad nautas ebria verba iacit;
nondum conveniens diversis iste figuris
nomen ab averso ceperat amne deus;
hic quoque lucus erat iuncis et harundine densus
et pede velato non adeunda palus;
stagna recesserunt, et aquas sua ripa coercet,
siccaque nunc tellus: mos tamen ille manet.'
reddiderat causam; 'valeas, anus optima!' dixi
'quod superest aevi, molle sit omne, tui!'
cetera iam pridem didici puerilibus annis

---

390 Perdere *edd.* nolunt B *pauci* 391 Esse BDς Cerealia UD 392 longaque scuta Bς 395 illac Cς 396 Quae *Madv.*, Qua *codd.* uia . . nova ς 398 Obstupui U^2 gradus ς 399 loco C *unus* 401 Hoc UGMς, Haec D, ut vid., g ς, Hic Bς *cf. e. g. I 243 V 93,* Huc C, Hunc, Hac *singuli* tremuere ς 402 Mane BCDς redundanti Uς aqua Mς 403 Circius CDς locus CMς sacras *Schenkl* 406 cassaque g *pauci* ς *Hs.*, crassaque UBDς 410 auerso *edd. vett.*, aduerso UBCDς, *sed cf. Prop. IV 2, 10* 414 ipse Dgς, inde *Bonon. prim.*

non tamen idcirco praetereunda mihi.
moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus:
Ilus adhuc Asiae dives habebat opes;
creditur armiferae signum caeleste Minervae
urbis in Iliacae desiluisse iuga.
cura videre fuit: vidi templumque locumque!
hoc superest illi, Pallada Roma tenet.
consulitur Smintheus lucoque obscurus opaco
hos non mentito reddidit ore sonos:
'aetheriam servate deam; servabitis urbem!
imperium secum transferet illa loci.'
servat et inclusam summa tenet Ilus in arce,
curaque ad heredem Laomedonta redit;
sub Priamo servata parum: sic ipsa volebat,
ex quo iudicio forma revicta sua est.
seu genus Adrasti, seu furtis aptus Vlixes,
seu pius Aeneas — eripuisse ferunt.
auctor in incerto, res est Romana: tuetur
Vesta, quod adsiduo lumine cuncta videt.
heu quantum timuere patres, quo tempore Vesta
arsit et est tectis obruta paene suis!
flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
mixtaque erat flammae flamma profana piae;
adtonitae flebant demisso crine ministrae:
abstulerat vires corporis ipse timor.
provolat in medium et magna 'succurrite!' voce
'non est auxilium flere!' Metellus ait,

---

418 mihi] puto Dg *tres* 419 icus U, *corr.*^{1} 422 iugo ς 423 que *prius om.* D 424 Hoc: o *i. r. pro* i U illi U^1F *duo*, illic U^2 *cett.* 425 smyrneus *ssc.* ł smintheus U, cintheus Dg 430 laomedonta: la *i. r.*^{2} o *e corr. m*^{2} U uenit BDς 431 uolebas BDς 432 tua est D 433 gener U^1ς, genus U^3ς fustis D 434 ferunt UBDς, datur *unus Paris.* (p *Merkelii*) eripuisset eam *vel* palam *sing.*; *interp. Madv. Pet.* 435 in certo *ssc.* ł in U est *add.* BCς est] et GM *duo* 436 iuncta *unus, Gron.* 437 Eu U 438 aditis *duo* 439 *cf. met. XI 523, sed ignes, siquidem recte ibi legitur, aliam habet rationem, cf. Helm G. G. A. 1915, 542 sq.* 441 dimisso Bς 443 Praeuolat Cς, Peruolat ς uiua . uoce *quatuor* 444 officium Dς

'pignora virgineis fatalia tollite palmis!
non ea sunt voto, sed rapienda manu!'
'me miserum! dubitatis?' ait. dubitare videbat
et pavidas posito procubuisse genu;
haurit aquas tollensque manus, 'ignoscite,' dixit
'sacra! vir intrabo non adeunda viro.
si scelus est, in me commissi poena redundet!
sit capitis damno Roma soluta mei!'
dixit et inrupit: factum dea rapta probavit
pontificisque sui munere tuta fuit.
nunc bene lucetis sacrae sub Caesare flammae!
ignis in Iliacis nunc erit estque focis,
nullaque dicetur vittas temerasse sacerdos
hoc duce nec viva defodietur humo:
sic incesta perit, quia, quam violavit, in illam
conditur, et Tellus Vestaque numen idem. —
Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste
fecit et Hispanam sanguine tinxit humum;
scilicet interdum miscentur tristia laetis,
nec populum toto pectore festa iuvant:
Crassus ad Euphraten aquilas natumque suosque
perdidit et leto est ultimus ipse datus.
'Parthe, quid exultas?' dixit dea 'signa remittes,
quique necem Crassi vindicet, ultor erit!'

(10) A IV ID. IVN. N.

At simul auritis violae demuntur asellis
et Cereris fruges aspera saxa terunt,
navita puppe sedens 'Delphina videbimus,' inquit
'humida cum pulso nox erit orta die.'

---

445 flammis BCGMς 449 Aurit U aquam CMς tollitque B *unus* 453 irrumpit, eripuit, irripuit, arripuit ς 455 sacro ς 456 erit usque *L. Müller* 457 temerare ς 458 vivae defodientur *Postg.* 459 illa ς 460 idem est Mς 461 Tunc D tibi gallicoso U[1], *corr.*[3] callaico ab] in DG *pauci* 462 hispan||| cam: *i. r.* ic U, hispaniam CDς t(inx *i. r.*)it U 464 Ne. iuuent ς 465—468 *cf. Groebe, Herm. 42, 315* 470 ciceris D terent BDς

(11) B III ID. IVN. N.

Iam, Phryx, a nupta quereris, Tithone, relinqui,
et vigil Eois Lucifer exit aquis:
ite, bonae matres — vestrum Matralia festum! —
flavaque Thebanae reddite liba deae!
pontibus et magno iuncta est celeberrima circo
area, quae posito de bove nomen habet,
hac ibi luce ferunt Matutae sacra parenti
sceptriferas Servi templa dedisse manus;
quae dea sit, quare famulas a limine templi
arceat — arcet enim — libaque tosta petat,
Bacche, racemiferos hedera redimite capillos,
si domus illa tua est, derige vatis opus!
arserat obsequio Semele Iovis: accipit Ino
te, puer, et summa sedula nutrit ope;
intumuit Iuno, raptum quod paelice natum
educet: at sanguis ille sororis erat!
hinc agitur furiis Athamas et imagine falsa,
tuque cadis patria, parve Learche, manu;
maesta Learcheas mater tumulaverat umbras
et dederat miseris omnia iusta rogis.
haec quoque, funestos ut erat laniata capillos,
prosilit et cunis te, Melicerta, rapit.
est spatio contracta brevi, freta bina repellit,
unaque pulsatur terra duabus aquis:

483—490 Lact. Plac. ad Stat. Theb. VII 150 485sqq. cf. met. IV 416sqq. 495—496 Lact. Plac. ad Stat. Theb. VI 10

---

473 a *i. r.* U 474 equis U (e *i. r.*) ς 478 A|rea U 479 ubi D^1 *sub. ras.* mutatae CDς 480 ser$\overset{i}{u}$/ U templi/ U 482 petat CGς, petit UDς *recte?; interp. Taubner Pet.*, petat? *Ri. Merk., lac. dubitanter indic. Ehw.* 483 distincte *Lact.* GM 484 dirige *codd.* nauis (uatis) iter *sing.* 487 raptum . . natum Cς, rapta . . natum U, natum . . raptum Dg 489 igitur *Lact.* U^1, *corr.*^{3}, CM sed ς in . falsus *Lact.* 490 cadens *Lact.* 495 Et *Lact.* U^1, Est U^2ς concreta *Lact.*

huc venit insanis natum complexa lacertis
et secum e celso mittit in alta iugo.
excipit inlaesos Panope centumque sorores
et placido lapsu per sua regna ferunt.
nondum Leucothea, nondum puer ille Palaemon
verticibus densi Thybridis ora tenent;
lucus erat; dubium, Semelae Stimulaene vocetur,
Maenadas Ausonias incoluisse ferunt;
quaerit ab his Ino, quae gens foret: Arcadas esse
audit et Euandrum sceptra tenere loci;
dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
instimulat fictis insidiosa sonis:
'o nimium faciles, o toto pectore captae!
non venit haec nostris hospes amica choris.
fraude petit sacrique parat cognoscere ritum;
quo possit poenas pendere, pignus habet.'
vix bene desierat, complent ululatibus auras
Thyiades effusis per sua colla comis
iniciuntque manus puerumque revellere pugnant;
quos ignorat adhuc, invocat illa deos:
'dique virique loci, miserae succurrite matri!'
clamor Aventini saxa propinqua ferit.
adpulerat ripae vaccas Oetaeus Hiberas:
audit et ad vocem concitus urget iter;
Herculis adventu, quae vim modo ferre parabant,
turpia femineae terga dedere fugae.
'quid petis hinc' — cognorat enim — 'matertera Bacchi?

---

497 complexã: ~ *eras.* U 498 ecelso Bς, ex ς, *om.* UM 499 illesum Uς, illaesam Bς 501 leucothoe CMς 502 Vorticibus Bς densis *codd., corr. Hs.,* mersis g 503 dub. est Bς Semele stimulene UDς, semeles ς uocatur CG *quatuor* 504 ausonidas Dg *unus Moreti* 505 iuno Bς, unam U Arc(h)ades BDς esse] audit *unus* 507 deā^2 U 508 Insimulat Bς inuidiosa BCς 510 uestris Cς 512 pingnus U 514 infusis Bς in Dς 515 reuellere Uς, auellere BDGς, euellere ς, aduellere *tres* tentant (temptant) BCMς 517 deaeque M^1 *Hs.* 519 etheus D 523 hic Cς

an numen, quod me, te quoque vexat?' ait.
illa docet partim, partim praesentia nati
continet, et furiis in scelus isse pudet.
Rumor, ut est velox, agitatis pervolat alis
estque frequens, Ino, nomen in ore tuom.
hospita Carmentis fidos intrasse penates
diceris et longam deposuisse famem;
liba sua properata manu Tegeaea sacerdos
traditur in subito cocta dedisse foco:
nunc quoque liba iuvant festis Matralibus illam
rustica sedulitas gratior arte fuit.
'nunc,' ait, 'o vates, venientia fata resigna,
qua licet. hospitiis hoc, precor, adde meis.'
parva mora est, caelum vates ac numina sumit,
fitque sui toto pectore plena dei;
vix illam subito posses cognoscere, tanto
sanctior et tanto, quam modo, maior erat.
'laeta canam: gaude defuncta laboribus Ino,'
dixit 'et huic populo prospera semper ades!
numen eris pelagi, natum quoque pontus habebit,
in vestris aliud sumite nomen aquis:
Leucothea Grais, Matuta vocabere nostris!
in portus nato ius erit omne tuo,
quem nos Portunum, sua lingua Palaemona dicet.
ite, precor, nostris aequos uterque locis!'
adnuerat: promissa fides; posuere labores,
nomina mutarunt: hic deus, illa dea est. —
Cur vetat ancillas accedere, quaeritis: odit,

---

525 dolet BCDς 526 Et timet D esse U^{1} *quatuor* ς, isse U^{2} 528 ino *om. duo* fr. nomen semper in ore BDgς 531 tegea UDς 532 Dicitur ς in] et BDς 533 illa BDς 534 ante U^{1}ς, arte U^{3} = BDς 535 Protinus *duo* 536 Qua(m) libet Cς haec Bς 537 ad *ssc.*^{2} & U 539 possis Mς 542 dextera *quinque* ς *Hs.* eris Dς 544 nostris ς 545 Leucothoe Cς mutata D (a *prius ex* u m^{2}) ς uocauere *(corr.)* U 547 portumnum ς 549 Annuerant *tres* fide *unus* 551 uetat BDς, *fort. rect., cf. ad Ib. 199*, uetet Uς

principiumque odii, si sinat illa, canam.
una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum
saepe sub amplexus coniugis ire tui;
inprobus hanc Athamas furtim dilexit, ab illa
comperit agricolis semina tosta dari:
ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit:
hoc est, cur odio sit sibi serva manus.
non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret!
ipsa parum felix visa fuisse parens.
alterius prolem melius mandabitis illi:
utilior Baccho quam fuit ipsa suis.
hanc tibi, 'quo properas?' memorant dixisse, Rutili,
'luce mea Marso consul ab hoste cades.'
exitus accessit verbis, flumenque Toleni
purpureum mixtis sanguine fluxit aquis.
proximus annus erat: Pallantide caesus eadem
Didius hostiles ingeminavit opes. —
Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque locusque,
sed superiniectis quis latet iste togis?
Servius est, et constat enim, sed causa latendi
discrepat, et dubium me quoque mentis habet.
dum dea furtivos timide profitetur amores,
caelestemque homini concubuisse pudet —
arsit enim magno correpta cupidine regis

---

552 sinit Dς ipsa CMς 553 cadmel M *sub. ras.*, cadmea UBς, cathmea Dg, cadmeia ς 555 furto Dg *unus Moreti* 557 Illa *quatuor* negas *Madv.* 558 sibi U *Btl.*, tibi BDς 559 adorat *quinque* 561 illi] inquit *vel* inquam *pauci* ς 562 illa UDς 563 p posito m^1, *ssc.* quo properas m^3 Uς, praeposito ς rutuli, rutelli, rutilli ς 565 to(e)le(o)num, caleni, tholen(m)i ς 567 cesus D, cretus Uς, uictus, caecus, cessus ς 568 Vidius, Dindius, Dilius, Tul(l)ius, Edimus, Lidius, Dubius ς 570 ista U, *corr.*^{2} 571 et constat enim U^1BCDgς, iam *ssc.*^{3} U, etenim constat ς, hoc constat G *et sex libri Ciofani*, est iam constat *quatuor*, est o constat *unus*, constat ibi, eum, enim si *sing.*, id constat *Schenkl*, res constat *Ri.*, habet instar enim *Merk. Teubn.*^{2} *XXXXI*, est, est, constat enim *Ehw. coll. 482 (?)* 572 tempus habet B^1 573 Tum ς. Nunc g 575 magna ς

caecaque in hoc uno non fuit illa viro —
nocte domum parva solita est intrare fenestra:
unde Fenestellae nomina porta tenet.
nunc pudet, et voltus velamine celat amatos,
oraque sunt multa regia tecta toga.
an magis est verum post Tulli funera plebem
confusam placidi morte fuisse senis;
nec modus ullus erat, crescebat imagine luctus,
donec eum positis occuluere togis?
tertia causa mihi spatio maiore canenda est,
nos tamen adductos intus agemus equos.
Livius Tullia coniugio sceleris mercede peracto
his solita est dictis extimulare virum:
'quid iuvat esse pares, te nostrae caede sororis
meque tui fratris, si pia vita placet?
vivere debuerant et vir meus et tua coniunx,
si nullum ausuri maius eramus opus:
et caput et regnum facio dotale parentis!
si vir es, i, dictas exige dotis opes.
regia res scelus est! socero cape regna necato
et nostras patrio sanguine tinge manus!'
talibus instinctus solio privatus in alto
sederat; adtonitum volgus in arma ruit.
hinc cruor et caedes, infirmaque vincitur aetas:
sceptra gener socero rapta Superbus habet.
ipse sub Esquiliis, ubi erat sua regia, caesus
concidit in dura sanguinulentus humo;
errius? 'aul. 451 inds.) filia carpento patrios initura penates
ibat per medias alta feroxque vias;

585sqq. Liv. I 46sqq. *(Sofer 14sqq.)*

577 demum D 578 fenestrale ς, fenestratae C *pauci* 582 ducis Dς 586 agendus D 587 peracto UB^{2}Mς, parato B^{1}Dς 588 extimulasse CMς 590 pia iura *duo uota* placent B^{1} 593 facio (= DGMgς) *corr.* facito U = ς, factum est Bς 594 in dictas *codd.*, *corr. Hs. cum cod. Strozziano* 597 instructus ς 598 ad Dς 599 Hinc. hinc BCς *(cf. Tib. II 3, 38)* 601 esquiliis: s *ex* x U suberat *ssc.*^{3} ubi U 603 *cf. Merk. C*

corpus ut adspexit, lacrimis auriga profusis
restitit; hunc tali corripit illa sono:
'vadis an expectas pretium pietatis amarum?
duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas!'
certa fides facti: dictus Sceleratus ab illa
vicus, et aeterna res ea pressa nota.
post tamen hoc ausa est templum, monimenta parentis,
tangere: mira quidem, sed tamen acta loquar.
signum erat in solio residens sub imagine Tulli;
dicitur hoc oculis opposuisse manum,
et vox audita est 'voltus abscondite nostros,
ne natae videant ora nefanda meae!'
veste data tegitur, vetat hanc Fortuna moveri
et sic e templo est ipsa locuta suo:
'ore revelato qua primum luce patebit
Servius, haec positi prima pudoris erit.'
parcite, matronae, vetitas attingere vestes:
sollemni satis est voce movere preces,
sitque caput semper Romano tectus amictu,
qui rex in nostra septimus Vrbe fuit. —
arserat hoc templum, signo tamen ille pepercit
ignis: opem nato Mulciber ipse tulit.
namque pater Tulli Volcanus, Ocresia mater
praesignis facie Corniculana fuit;
hanc secum Tanaquil sacris de more peractis
iussit in ornatum fundere vina focum;

---

609 facti est BDς ab illo *Ri. prob. Ehw.* 610 nota||: *eras.* est U, n. est CDς 611 mom̄ta: *supra prius* m: n *et ras.* U 612 loquor Cς, canam *duo* 613 (*et* 627) tullii U 615 uestros ς 618 vesta m^1 ipsa m^3 U 619 quam m^1 quum m^3 U 620 ruboris Dg; *de dist. v. Wiss. II 254—260* 621 positas Dg *unus Moreti* 622 Sollemnes D ora D, ore g *unus Moreti* 623 Sicque Dς 626 mulcifer: f *i. r.* U ille Bς 627 Nanque D cresia Bς, cressia Cς, cressaque D *duo* 628 Praesigni faciem GM 629 sacris de more pactis: is *et* e *et* is *i. r.* (is *ex* i) U, paratis *duo* ς *cf. codd. 587,* litatis *cod. Moret. Hs.*

hinc inter cineres obscaeni forma virilis
  aut fuit aut visa est, sed fuit illa magis;
iussa foco captiva sedet: conceptus ab illa
  Servius a caelo semina gentis habet;
signa dedit genitor tunc, cum caput igne corusco
  contigit, inque comis flammeus arsit apex. —
Te quoque magnifica, Concordia, dedicat aede
  Livia, quam caro praestitit ipsa viro.
disce tamen, veniens aetas: ubi Livia nunc est
  porticus, inmensae tecta fuere domus;
urbis opus domus una fuit, spatiumque tenebat,
  quo brevius muris oppida multa tenent.
haec aequata solo est nullo sub crimine regni,
  sed quia luxuria visa nocere sua.
sustinuit tantas operum subvertere moles
  totque suas heres perdere Caesar opes;
sic agitur censura et sic exempla parantur,
  cum iudex, alios quod monet, ipse facit.

(12) C PR. ID. IVN. N. (13) D ID. IVN. N.

Nulla nota est veniente die, quam dicere possis;
  idibus Invicto sunt data templa Iovi.
et iam Quinquatrus iubeor narrare minores.
  nunc ades o! coeptis, flava Minerva, meis.
'cur vagus incedit tota tibicen in Vrbe?
  quid sibi personae, quid toga longa volunt?'

---

631 Hic Dς ornati m^1 obscoeni m^3 U 632 ipsa Dgς 633 loco Dς fouet *tres* illo≣ U, illo *unus* 635 tum *tres*, tunc≣ U, tunc et D ense D 636 inque: n *i. r.* U coma Mς o(e?)xit Bς 637 Tunc B 638 caro Bς, primo U, sacro Dg, privo *Schenkl* illa Dς 640 fuisse U^3CDς 644 sua est Dς 648 uindex GMg *pauci Hs., cf. codd. ex P. III 3, 76* 649 ducere Cς, discere *pauci* possim G 651 quinquatr$\overset{i^2}{o}$s U, quinquatres BCDς 652 o! .. Minerva: *de colloc. verborum cf. a. a. I 617* rava *Btl. Haupt, itemque tr. I 10, 1 cf. Op. III 348* 654 stola Gς

sic ego, sic posita Tritonia cuspide dixit:
  — possim utinam doctae verba referre deae! —
'temporibus veterum tibicinis usus avorum Varro
  magnus et in magno semper honore fuit:
cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
  cantabat maestis tibia funeribus;
dulcis erat mercede labor, tempusque secutum,
  quod subito gratae frangeret artis opus...
adde, quod aedilis, pompam qui funeris irent,
  artifices solos iusserat esse decem.
exilio mutant Vrbem Tiburque recedunt:
  ?*exilium quodam tempore Tibur erat.*?
quaeritur in scaena cava tibia, quaeritur aris;
  ducit supremos naenia nulla toros.
servierat quidam quantolibet ordine dignus
  Tibure, sed longo tempore liber erat:
rure dapes parat ille suo turbamque canoram
  convocat; ad festas convenit illa dapes.
nox erat, et vinis oculique animique natabant,
  cum praecomposito nuntius ore venit
atque ita 'quid cessas convivia solvere?' dixit
  'auctor vindictae nam venit ecce tuae.'
nec mora, convivae valido titubantia vino
  membra movent; dubii stantque labantque pedes.
at dominus 'discedite!' ait plaustroque morantes
  sustulit; in plaustro scirpea lata fuit.
adliciunt somnos tempus motusque merumque,

---

666 cf. ex P. I 3, 82

---

655 *cf. III 171* 656 Possem D, Pace velim *unus* pactae BDς 661 *p.* labor *lac. ind. Schenkl* 662 graiae BDM^{3}ς, *fort. recte* opes BCς; *lac. ind. Kreyssig Pet. Ri. Guethl.* 663 pompa BCDς 664 iusserit Cς ire D 665 Exillo U *duo* tyburque (666) Dg 666 quondam ς; *v. alterius edit. vid. esse, sed cf. Merk. Prol. CCLVIII et I 540* 668 choros DMς 669 Seruus erat Bς 675 conuiuas Bς 676 iam BMς ille Bς suae BDς 678 l$^{ua^1}$ant U 680 sirpea *vel* cirpea *pauci* nat(t)a, matta ς, lita(?) D, scirpea strata *Hs.*

totaque se Tibur turba redire putat,
iamque per Esquilias Romanam intraverat urbem,
et mane in medio plaustra fuere foro.
Claudius, ut posset specie numeroque senatum
fallere, personis imperat ora tegi
admiscetque alios et, ut hunc tibicina coetum
augeat, in longis vestibus esse iubet;
sic reduces bene posse tegi, ne forte notentur
contra collegae iussa venire sui.
res placuit, cultuque novo licet idibus uti
et canere ad veteres verba iocosa modos.'
haec ubi perdocuit, 'superest mihi discere' dixi,
'cur sit Quinquatrus illa vocata dies.'
Verrius Varro
'Martius' inquit 'agit tali mea nomine festa,
estque sub inventis haec quoque turba meis;
prima terebrato per rara foramina buxo,
ut daret, effeci, tibia longa sonos.
vox placuit: faciem liquidis referentibus undis
vidi virgineas intumuisse genas.
'ars mihi non tanti est; valeas, mea tibia!' dixi:
excipit abiectam caespite ripa suo.
inventam Satyrus primum miratur et usum
nescit et inflatam sensit habere sonum
et modo dimittit digitis, modo concipit auras
iamque inter nymphas arte superbus erat;
provocat et Phoebum! Phoebo superante pependit;

---

701 sqq. cf. Lact. III 14, 1

---

682 Potaque Dς 685 Claudius U^3 *pauci* ς, Callidus U^1ς *(omnes fere)*, Cassidus (?) D, Cautius *cod. Pighii*, Plautius *Pighius, recte, nisi forte per errorem Ov.* Claudius *scripsit* posses *(corr.)* U, possent *Pighius* senatus U^1, *corr.*^{3}, ς, paratus BG *duo*, Sanatum *Pighius* 688 Audiat C ire *duo* ς, *cf. ad 664* 690 redire ς, redisse BDς 691 cultu||que: *i. r. fuit* m U libet *unus* 694 quinquatris BCDς, *cf. 651* 695 ait DMς, habet Bς 698 effecti B 700 *sic* Dς, vidi et UBς, ego *Hilb. prob. Ehw.* 701 mihi] mea U *tres* 703 primo CM 704 at B inflatam Bς, efflatam UDGς sentit CDς 705 digitos Cς 707 Probocat *(corr.)* U

caesa recesserunt a cute membra sua.
sum tamen inventrix auctorque ego carminis huius.
hoc est, cur nostros ars colat ista dies.'

(14) E XVIII K. IVL. N. (15) F XVII K. IVL. Q. ST. D. F.

Tertia nox veniet, qua tu, Dodoni Thyone,
stabis Agenorei fronte videnda bovis.
haec est illa dies, qua tu purgamina Vestae, Verrius
Thybri, per Etruscas in mare mittis aquas.

(16) G XVI K. IVL. C.

Si qua fides ventis, Zephyro date carbasa, nautae!
cras veniet vestris ille secundus aquis.

(17) H XV K. IVL. C.

At pater Heliadum radios ubi tinxerit undis,
et cinget geminos stella serena polos,

(18) A XIV K. IVL. C.

tollet humo validos proles Hyriea lacertos,
continua Delphin nocte videndus erit.
scilicet hic olim Volscos Aequosque fugatos
viderat in campis, Algida terra, tuis,
unde suburbano clarus, Tuberte, triumpho
vectus es in niveis, Postume, victor equis.

(19) B XIII K. IVL. C.

Iam sex et totidem luces de mense supersunt;
huic unum numero tu tamen adde diem:

---

709 inuentor U^1, inuentrix U^3 710 colit ς, *recte?* 711 lux Dς dodony(i) UCDς, didona B thy$\overset{e^{3}}{o}$ne U, thione D, dione Cς, *cf. Pet. II 101 sq.* 713 est *i. r.* U 714 mittit m^1 mittis m^3 U 718 *p. hunc v. III 401. 402 i. m. inf. inseruerunt* U^3BCς 719 pallidos *(corr.)* U hyrịsea U, hirea D, hyrtea G 721 hinc UM^1 uulscos U^1BDgς, *corr.* U^3 equosque D 723 tiburte UBDς 724 posthume U^3 *unus*, post modo U^1 BCDς 725 *cf. trist. II 549*

sol abit a Geminis, et Cancri signa rubescunt;
  coepit Aventina Pallas in arce coli.

(20) C XII K. IVL. C.

Iam tua, Laomedon, oritur nurus ortaque noctem
  pellit, et e pratis uda pruina fugit:
reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
  tum, cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

(21) D XI K. IVL. C.

Hanc quoque cum patriis Galatea receperit undis
  plenaque securae terra quietis erit,
surgit humo iuvenis telis adflatus avitis
  et gemino nexas porrigit angue manus.
notus amor Phaedrae, nota est iniuria Thesei:
  devovit natum credulus ille suom;
non inpune pius iuvenis Troezena petebat:
  dividit obstantes pectore taurus aquas.
solliciti terrentur equi frustraque retenti
  per scopulos dominum duraque saxa trahunt.
exciderat curru lorisque morantibus artus
  Hippolytus lacero corpore raptus erat
reddideratque animam multum indignante Diana.
  'nulla' Coronides 'causa doloris' ait;
'namque pio iuveni vitam sine volnere reddam,
  et cedent arti tristia fata meae.'

729—754 Ps.-Erat. 6 p. 68 sq. R. 739 sqq. cf. met. XV 506 sqq.

---

727 e Dς 728 *cf. III 812, Wiss. I 253*^{7} *II 271—277, Franke 9 sqq.* 729 laumedon *Bavar.* 730 una Dς, cana ς 732 Tunc Dς 733 Hanc C *v. scr. et pauci,* Hunc UDς 734 quie(tis *i. r.*^{2}) U 735 telis ς, stellis UBς, flammis CDς acutis U *pauci* 736 geminas (= *quatuor* ς) nexo *Pet., quae coniectura Ps.-Erat. verbis videtur probari: ἔχων ἐν ἀμφοτέραις χερσὶν ὄφιν,* geminis nexas *Bergk Op. I 665* 739. 740 *om.* BCDLTVς, *cf. Vah. II 98, del. Hs. Merk.* 745 indignate, n *ssc.*^{2} U

gramina continuo loculis depromit eburnis:
  profuerant Glauci manibus illa prius,
tunc, cum observatas augur descendit in herbas
  usus et auxilio est anguis ab angue dato.
pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit:
  depositum terra sustulit ille caput.
lucus eum nemorisque sui Dictynna recessu
  celat: Aricino Virbius ille lacu;
at Clymenus Clothoque dolent, haec fila teneri,
  hic fieri regni iura minora sui.
Iuppiter exemplum veritus derexit in ipsum
  fulmina, qui nimiae noverat artis opem;
Phoebe, querebaris: deus est; placare parenti!
  propter te, fieri quod vetat, ipse facit.

(22) E X K. IVL. C. (23) F IX K. IVL. C.

Non ego te, quamvis properabis vincere, Caesar,
  si vetet auspicium, signa movere velim.
sint tibi Flaminius Trasimenaque litora testes
  per volucres aequos multa monere deos!
tempora si veteris quaeris temeraria damni,

---

750 ꝑrius U 751 augur. in herbas UBDς, anguis *unus, Merk.* ad umbras *tres Merk. Bergk*, ad herbas, in herbis, in undas *sing.; ad* augur *cf. Hyg. fab. 49, astr. II 14 (Ehw. Burs. 109, 247), Rob. Erat. p. 232sq.* 752 est *om.* D augur *Merk. Blaydes* „anguis *est genetiv.“ (Ehw.); dist. del. Schrad. Merk., sed necessarium est propter 736* 755 tui ς recessus G(?) 757 Clymenus Clothoque *Hs.*, Lachesis Clot(th D)oque UD, (c)limenus, limeneus, climenes *sing.* ς, L. Plutoque *Ehw. Burs. 109, 281; Pluto nomen apud Ovidium non exstat*, at Lachesis Clymenusque dolent *ego: Clotho apud Ovid. hoc munus non habet; cf. tr. V 10, 45 (Pet.); de Clymeno cf. Usener, Kl Schr. IV 232*[85] haec UCMς, sua BDς reneri *Salmas. Hs. Haupt, Op. I 345 falso coll. Cons. ad Liv. 444, sed cf. Vollmer ad. Stat. silv. I 4, 63 et in app. crit. edit. Cons. P. L. M.*[2] *II 2* 758 Haec *pauci* 759 exemplo U (o *ex* i *m*[1]) CDMς, extemplo G[1] dilexit D illum Dς 760 mouerat G *quinque*, uouerat *pauci* 762 fleri Dς, uetet UBς 764 uetat Dς 765 Sunt Bς littera Dς 766 mouere U[1], *corr.*[3]

quintus ab extremo mense bis ille dies.
postera lux melior: superat Masinissa Syphacem,
et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.

(24) G VIII K. IVL. C.

Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis,
et fugiunt freno non remorante dies:
quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!
post septem luces Iunius actus erit.
ite, deam laeti Fortem celebrate, Quirites!
in Tiberis ripa munera regis habet.
pars pede, pars etiam celeri decurrite cumba,
nec pudeat potos inde redire domum!
ferte coronatae iuvenum convivia lintres,
multaque per medias vina bibantur aquas.
plebs colit hanc, quia qui posuit, de plebe fuisse
fertur et ex humili sceptra tulisse loco.
convenit et servis, serva quia Tullius ortus
constituit dubiae templa propinqua deae.

(25) H VII K. IVL. C. (26) A VI K. IVL. C.

Ecce, suburbana rediens male sobrius aede
ad stellas aliquis talia verba iacit:
'zona latet tua nunc et cras fortasse latebit:
dehinc erit, Orion, adspicienda mihi.'
at si non esset potus, dixisset eadem
venturum tempus solstitiale die.

(27) B V K. IVL. C. (28) C IV K. IVL. F.

Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt
hic, ubi fit docta multa corona manu;

---

768 Quintus UDTgς, Quartus BLVς extr. est *unus* mense bis BDLTVς, mense erit U; quintus .. bis *Pet.*, *cf. Matzat, Röm. Zeitr. 116, 6,* quartus .. bis *Merk.*, quintus .. erit *Ri.*, *qui 763—770 pos. p. 790, sed cf. Pet. II 103 sq.* 772 Effugiunt Dg *unus Moreti* 775 fortes Dgς 780 labantur D 787 Zuna *(corr.)* U 789 pulsus BCDς, stultus ς 791 *cf. ad V 129*

tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus
ante Palatini condidit ora iugi. [olim

(29) D III K. IVL. F.

Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis,
cum data sunt trabeae templa, Quirine, tuae.

(30) E PR. K. IVL. C.

Tempus Iuleis cras est natale Kalendis:
Pierides, coeptis addite summa meis!
dicite, Pierides, quis vos adiunxerit isti,
cui dedit invitas victa noverca manus!
sic ego, sic Clio: 'clari monimenta Philippi
adspicis, unde trahit Marcia casta genus,
Marcia, sacrifico deductum nomen ab Anco,
in qua par facies nobilitate sua est.
par animo quoque forma suo respondet; in illa
et genus et facies ingeniumque simul;
nec, quod laudamus formam, tu turpe putaris!
laudamus magnas hac quoque parte deas.
nupta fuit quondam matertera Caesaris illi:
o decus, o sacra femina digna domo!'
sic cecinit Clio, doctae adsensere sorores;
adnuit Alcides increpuitque lyram.

---

793 Tunc B sator, *add.*[2] t, aedis habet UM *quinque*, statoris habet DGς, statoris adest, erat, erit ς quam U *tres*, quod Dς, quem, quae, quia, quo *sing.* *cf. Wiss. I 122sq.* 795 *cf. ad II 511* 797 *cf. Franke 14* 799 adiunxerit ς, adduxerit UBCDgς, addixerit ς ist(uc *m*[2] *ex* i(?)) Uς, istic, illi, istuc, illuc ς 801 *cf. Wiss. II 267sq. Heinze 43* 802 trahat D 803 Martia Dς 804 pars *duo sed cf. IV 306 dist. multis editoribus suspectum optime def. Vah. 86sqq.* est *om.* Dς, *fort. recte* 805 respondit BDς 806 Est *dubitanter Ri.* 807 tam Dς 812 lyra Dς

Si no[n]us a iani sacris numerabitur annus | Quintilis falso nomine dictus erit | Si facis ut fuerant primas a marte Kalendas | Tempora constabunt ordine dato suo |

P. OVIDII NASONIS FASTOR, LIB. VI EXPLICIT.,. ∾∾∾∾ U

hi versus (= *Anth. Lat.* 761 *a Ri.*² = 868¹) *in aliquot* ς (*v.* 4 ducta (= *Hs.*) *vel* quaeque) *leguntur tamquam libri VII initium.*

Explicit. liber. Ovidii. de fastis; *i. m. al. m.:* Finito libro frāgan .. tur crura magistro. *cod. Bavaricus. Addit Heinsius Gronouium sibi narrasse 'inspectam sibi esse Noribergae vetustam Nasonis editionem, cui Celtes .. manu sua adscripsisset reliquos sex Fastorum libros servari apud Presbyterum in pago prope Vlmam principiumque septimi libri in illo codice tale exaratum fuisse* Tu quoque mutati causas et nomina mensis A te qui sequitur, maxime Caesar habes'. *Sed opinor, ait Heinsius, Celtem . non tam decepisse quam fuisse ab aliis deceptum.*

FRAGMENTA

MEDEA

de commentationibus ad Ovidi tragoediam pertinentibus, quas iterum afferre supersedi, cf. Schanz, Gesch. d. röm. Lit. 2 I³ 271. 339¹. 340; 2 II³ 58 et Ehw. Burs. 167, 137sqq. Accedit disputatiuncula F. Skutschii in Opusculis 386 iterum edita, quae est de necessitudine inter sermonem tragoediarum Senecae et Medeae Ovidianae intercedente.

TESTIMONIA

Ovid. Amor. II 18, 13—18:

sceptra tamen sumpsi, curaque tragoedia nostra
crevit, et huic operi quamlibet aptus eram:
risit Amor pallamque meam pictosque coturnos
sceptraque privata tam cito sumpta manu;
hinc quoque me dominae numen deduxit iniquae,
deque coturnato vate triumphat Amor.

cf. 4 et tener ausuros grandia fregit Amor.

Ovid. Amor. III 1, 23—26 *(poeta Tragoediam — cf. 11 — haec verba facientem inducit):*

tempus erat thyrso pulsum graviore moveri,
cessatum satis est; incipe maius opus!
materia premis ingenium; cane facta virorum!
'haec animo' dices 'area facta meo est'.

Ovid. Amor. III 1, 67—70:

'exiguom vati concede, Tragoedia, tempus:
tu labor aeternus; quod petit illa, breve est'.
mota dedit veniam: teneri properentur Amores,
dum vacat; a tergo grandius urget opus.

Ovid. Amor. III 15, 17—20:

corniger increpuit thyrso graviore Lyaeus,
pulsanda est magnis area maior equis.
inbelles elegi, genialis Musa, valete,
post mea mansurum fata superstes opus!

cf., quae de trium harum elegiarum temporibus et ratione disseruerunt M. Pohlenz, de Ovidi carminibus amatoriis, Progr. Gotting. 1913. Th. Birt, B. ph. W. 1913, 1223 sqq. M. Pohlenz-Th. Birt, B. ph. W. 1913, 1499 sqq.

Fortasse huc pertinet

Hor. De arte poetica 185:

ne pueros coram populo Medea trucidet

cf. H. L. Cleasby, Harvard studies in class. philol. XVIII [1907], 65

Ovid. Trist. II 553. 554:

et dedimus tragicis scriptum regale coturnis,
quaeque gravis debet verba coturnus habet.

Tac. Dial. c. 12 (p. 292, 18 Andr.):

nec ullus Asinii aut Messallae liber tam inlustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes.

Quint. Inst. or. X 1, 98:

Ovidi Medea videtur mihi ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset *(cf. Sen. Contr. II 2, 12 p. 136, 19 M.).*

FRAGMENTA

1. servare potui: perdere an possim, rogas?
2. feror huc illuc, vae plena deo!

---

frg. 1 *Quintil. Inst. orat. VIII 5, 6: nam cum sit rectum 'nocere facile est, prodesse difficile', vehementius apud Ovidium dicit:* servare *e. q. s.; cf. Eurip. Med. 476. 515; Ovid. Met. IX 547; Her. XII 203 sqq. Met. VII 56 Sen. Med. 227 sq.; vide etiam Leo, Senec. I 166* possis *Monac. Bamb.*[2] frg. 2 *Sen. Suas. 3, 5: solebat autem Fuscus ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret; totiens enim pro beneficio narrabat in aliqua se Vergiliana descriptione placuisse; sicut in hac ipsa suasoria dixit: 'cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc sortitur potissimum pectus, quod tanto numine impleat?' (poetis [vel poesis] quod tanto nomine [vel nemine] impleat codd., corr. Madvig, Gronov, Diels). aiebat se imitatum esse Vergilianum 'plena deo'. 7: apud Caesarem cum mentio esset de ingenio Hateri, consuetudine prolapsus dixit (sc. Iunius Gallio): „et ille erat 'plena deo.'" quaerenti deinde, quid hoc esse vellet, versum Vergilii rettulit ...... hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse; itaque fecisse illum, quod in multis aliis versibus Vergilii fecerat, non subrupiendi causa sed palam mutuandi,*

PHAENOMENA

cf. Ovid. Amor. I 15, 16:

cum sole et luna semper Aratus erit.

3. Pleiades ante genus septem radiare feruntur,
sed tamen apparet sub opaca septima nube.

4. Tot numero talique deus simulacra figura
inposuit caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

---

hoc animo, ut vellet agnosci; esse autem in tragoedia eius: „feror huc illuc, vae plena deo." uae *O. Ribbeck,* ue *codd.,* ut *vulg. (Ov. her. 13, 33 sq. contulit Müller),* ceu *Wissowa (De Macrob. Sat. font. Diss. Vratisl. 1882, thes. I)*; *cf. Ov. Met. VII 55; Fast. VI 538 fitque sui toto pectore plena dei! (sc. vates), Wissowae coniecturam Ehwaldio probatam, ne in textum reciperem, impeditus sum observationibus Eduardi Norden in Hermae vol. XXVIII 506 sqq. fusiusque in commentario in Verg. Aen. VI² p. 144 sqq. conscripto editis, quas Ehw. non commemoravit. Ex quibus elucet Ovidium, quae Vergilius versibus nondum retractatis Sibyllam ipsam dicentem fecisse videtur, Vergili vestigia prementem ad Medeam transtulisse. Ovidium autem Medeam non Sibyllae comparasse cum per se parum verisimile est tum ex Senecae tragoedia intellegitur. Qui per totum opus Medeam passim non modo cum maenade contulit, sed etiam maenada vocavit; cf. e. g. 382 sq.; 849—862 sqq. huc non pertinent — imprimis autem 123 incerta vaecors mente vaesana feror, qui versus Ovidi fragmento simillimus est. Ovidium autem, quae Vergilius de Sibylla ipsa dixit, adeo infirmasse, ut comparatione uteretur, et Senecam eadem rursus amplificasse quis putet? Ergo non habeo, quod emendationem a Wissowa propositam versui Ovidiano satisfacere existimem.*
frg. 3 *Probus in Verg. Georg. I 138 p. 35 K., 357 Hag. Pleiades .. Quarum mentionem facit Ovidius in Phaenomenis dicens de Perseo: ..* 1 Pliades P autem V 2 Sed PV, Sex *Hs.*, Nec *Baeh.* tantum *Burm.* apparent V, apparent, sub opaca septima nube est *Hs. cf. Arat. Phaen. 255 sqq., Birt, De halieuticis 40; Ov. fast. IV 169 sqq.; A. v. Humboldt, Kosmos III 2, 45* frg. 4 1 *Lact. Inst. div. II 5, 24 quanto igitur Naso prudentius quam illi qui sapientiae studere se putant, qui sensit a deo lumina illa ut horrorem tenebrarum depellerent instituta! is eum librum quo Phaenomena breviter conprehendit his tribus versibus terminauit: ..* 1 figuras B²SH 2 Inposui B¹ perqu/e (a *eras.*) BH astra R sparsa/ (s *eras.*) P 3 pruinose B¹ dari *corr.* dare H numina P¹, *corr.*³; noti P; — *cf. Th. Birt. l. c.*

EPIGRAMMATA

5. Larte ferox caeso Cossus opima tulit
6. Cur ego non dicam, Furia, te furiam?

PRIAPEVM (III)

7. Obscure poteram tibi dicere: 'da mihi, quod tu
   des licet adsidue, nil tamen inde perit.
da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
   cum tenet obsessas invida barba genas,
quodque Iovi dederat qui raptus ab alite sacra
   miscet amatori pocula grata suo,
quod virgo prima cupido dat nocte marito,
   dum timet alterius vulnus inepta loci.'
simplicius multo est: 'da pedicare' Latine
   dicere! quid faciam? crassa Minerva mea est.

---

frg. 5 *Prisc. Gramm. Lat. II 149, 13 H. post aqua: Lar quando* κατοικίδιον θεόν, *laris facit genetivum, sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactavit Cossus. et testis Ovidius in epigrammatis* Larte e. q. s. cesso L; *cf. Münzer, R. E. IV 1291 s. v. A. Cornelius Cossus* frg. 6 Quint. IX 3, 69. 70 *aliter quoque voces aut eaedem diversa in significatione ponuntur aut productione tantum vel correptione mutatae: quod etiam in iocis frigidum equidem tradi inter praecepta miror, eorumque exempla vitandi potius quam imitandi gratia pono: amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari (Auct. ad Her. IV 14, 21). avium dulcedo ad avium ducit, et apud Ovidium ludentem:* cur e. q. s. *Ad epigrammata rettulit Angelus Polit. Misc. c. LIX* frg. 7 2 cf. a. a. III 90; amor. II 2, 12 7 cf. fast. IV 153 7. 8 cf. Mart. XI 78, 5 8 Sen. Contr. I 2, 22 *statim Ovidianum illud:* inepta loci.

de codd. cf. Baehrens, P. L. M. I 54 sqq.; adde, quod Vollmer, Lesungen und Deutungen II, S.-Ber. Bayer. Ak. d. Wiss. 1918, 4, 23 disputavit; idem Vollmer nunc fusius de codd. disseruit in Poet. Lat. Min. iterata recensione II 2, 36 sqq. 2 parit V 3 quod AB, que H[1] 4 Cum A, Quom V, Dum HL tenet AB, teget *Ald. 1534* 5 que *om.* H 6 grata HL, sacra AV 8 alterius Hς, illius ALV 9 *cf. Buecheler, Kl. Schr. I 332* latine ς *ed. pr., Ald.*, latino ABHLV 10 minerua AB, pụẹḷḷạ *i. m.*[1] minerua L

LIBER IN MALOS POETAS

8. *Quint. inst. or. VI 3,96. 97 adiuvant urbanitatem et versus commode positi, seu toti, ut sunt (quod adeo facile est, ut Ovidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuerit) ... seu verbis ex parte mutatis ... seu ficti notis versibus similes, quae* παρῳδία *dicitur.*

INCERTAE SEDIS VERSVS

9. At si contuleris eam, lacernae
conspectu melioris obruetur.

10. Ride, si sapis, o puella ride!

11. bis rapitur vixitque semel

12. ‒ ◡ ◡ ‒ currus crystallo lucidus albo

13. innumerosque vehes ◡ ◡ ‒ ◡ ◡ ‒ ◡ ◡ ‒ ◡

14. ‒ ◡ ◡ ‒ ◡ ◡ ‒ ◡ ◡ ‒ nymphaeque salaces

---

frg. 9 *Quint. Inst. orat. XII 10, 75 ubi vero quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecumque id est, quod modo se ipsi posse desperent, habet admirationem, neque immerito: nam ne illud quidem facile est. sed evanescunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum, ut lana tincta fuco citra purpuras placet:* at ..., *ut Ovidius ait.* 1 contulerīs: *cf. Vollmer, S.-Ber. Bayer. Ak. 1917, 3, 13* eam *Heins.*, etiam *codd.; post* eam *interp. Haupt, Op. III 601* 2 obruetur *Haupt,* obruatur *codd., frgt. falso ad rem. am. 707sqq. rettulit F. Meister in edit. Quint.* frg. 10 *Mart. II 41, 1 'Ride-ride!' | Paelignus puto dixerat poeta; cf. A. Zingerle, Martials Ovidstudien 5; ad epigrammata rettulit hoc frgt. Angel. Polit. misc. c. LIX, Ae. Baehrens et O. Crusius (Mus. Rhen. 44, 455) rectius ad hendecasyllabos (cf. 9) rettulerunt. Martialem ad a. a. III 281 ac fort. 513 respexisse vix recte censet Owen.* frg. 11 *Serv. ad Verg. Georg. IV 495 iterum crudelia retro | fata vocant; Ovidius:* bis e. q. s. *dicitur de Eurydice. Excerptum ex Lucani Orpheo, non videtur esse Ovidi.* frg. 12 *De generibus nominum 75, 6 H. 576, 6 K. (ed. mutilatum M. Haupt in Ovidii halieutica 75, totum H. Keil G. L. V 571sqq.) Crystallum generis neutri, ut Ouidius* 'currus-aiba' ut] '*aut* sed *aut mox* albo' *M. Haupt,* a:ba *codd.* Ouidius] '*in carmine amisso, si nomen verum' M. Haupt* frg. 13 *De generibus nominum 103, 11 H. 592, 27 K. Vehes generis masculini ut Ouidius* 'i. v.' frg. 14 *Paulus Festi 327, 4 M., 437, 6sqq. Linds. Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare mo-*

15. viscere diviso ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

16. *Gyges] de huius pueri pulchritudine etiam Ovidius locutus est: Porphyrio ad Hor. c. II 5, 20.*

17. *Plin. N. H. XXX (12), 33 Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ovidius poeta. — Ovidium inter auctores laudat Plin. libr. XVIII. XXIX. XXXI. XXXII.*

OVIDI DECLAMATIONES

18. *Sen. Contr. II 2, 8—12: testimonium de necessitudine inter Porcium Latronem rhetorem et Ovidium intercedente, quod scriptum videmus apud Senecam l. l. 8, non exscripsi; cf. quae adnotavi in Add. ad Tr. IV 10, 24, in apparatu ad Tr. V 12, 2. 21, Ex P. I 1, 71 5, 5; Fast. I 217; cf. etiam Amor. I 2, 11 sq., Met. XIII 121 sq.; Ars II 277 ~ Contr. II 7, 7.*

(9) *Haec illo (Nasone) dicente excepta memini:*

Quidquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum et uxorem viro diligere concedas. necesse est deinde iurare permittas, si amare permiseris. quod habuisse nos iusiurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti; si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. parce, pater: non peieravimus. ecce obiurgator nostri quam effrenato amore fertur! queritur quemquam esse filiae praeter se carum. quid est, quod illam ab indulgentia sua avocet? (10) di boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam et abdicat, dolet periclitatam esse et ab eo

---

vere. Vnde Ovidius 'n. s.' *Dubium est hoc frgt., quoniam apud Festum (p. 326 M. 436 L.) Ovidius non appellatur.*

frg. 15 *Excerpta ex Charisii arte grammatica (Gr. L. I 550) viscera; Ovidius singulariter:* v. d. *cf. Ehw. Pr. 1889, 2 sq.* frg. 18 *ex v. scr. numero non nisi gravissimas ex Mülleri editione transsumpsi; codd.:* B = Bruxellensis s. X D = Bruxell. s. XV V = Vatic. 3872 s. X τ = corrector Toletani (s. XVI) s. XIII ex V descripti; *consensum codd.* BDV *brevitatis causa littera* X *designavi* 5 socrum BV 6 pater τ, patrem BV, socer D obiurgatur X, *recte Vatic. Schotti* nostro VD 7 quaeritur B, *om.* VD quamquam X, *corr. Haase* filiam X, *corr. Haase* 8 praeteris X, *corr. Rebling* carum? *Ehw. olim* quidem X, *corr. Haase* quod ob B illum X, *corr. Gertz*

abducit, sine quo negat se posse vivere; queritur periculum eius, qua paene caruit, hic, qui amare caute iubet. facilius in amore finem inpetres quam modum. tu hoc obtinebis, ut terminos, quos adprobaveris, custodiant, ut nihil faciant nisi considerate, nihil promittant nisi ut iure pacturi, omnia verba ratione et fide ponderent? senes sic amant. pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus aliquando et cecidimus et, quod fortasse non putas, peieravimus. quid ad patrem pertinet quod amantes iurant sibi credere? nec ad deos pertinet. (11) non est, quod tibi placeas, uxor, tamquam prima peccaveris: perit aliqua cum viro, perit aliqua pro viro; illas tamen omnis aetas honorabit, omne celebrabit ingenium. fer, socer, felicitatem tuam. magnum tibi quam parvo constat exemplum! in reliquum, ut iubes, diligentiores facti sumus; errorem nostrum confitemur; exciderat iurantibus esse tertium, qui magis amaret: sic, di, sit semper. perseveras, socer? recipe filiam: ego, qui peccavi, poena dignus sum; quare uxori notae causa sim, socero orbitatis? discedam e civitate, fugiam, exulabo, utcumque potero desiderium misera et crudeli patientia perferam. morerer, si solus moriturus essem. (12) declamabat autem Naso raro controversias et non nisi ethicas; libentius dicebat suasorias: molesta illi erat omnis argumentatio. verbis minime licenter usus est nisi in carminibus, in quibus non ignoravit vitia sua,

22 cf. tr. V 14, 35—42

11 abd(uci *i. r.*^{2}) V 12 qui *del.* τ amaret X, *corr.* D$^2\tau$ 14 tu (tui V^2) hoc (hos V) optionibus BV, *corr. O. Jahn*, tum (tu^2) hos optionis D quasi (quos τ) adprobaturi Xτ, *corr. Bursian* 16 utius X, *corr. ut vid.*, *Müller* facturi X, *corr. Gertz* 18 fortasse quod *X*, *recte Exc. s. IV/V* 19 patres D quid BV^1 20 iurent VD iurant? si vis credere, *Gertz* eos BV 23 hono(e V^1)rabitur BV^1 celebrauit B 24 per Xτ, *corr. ed. Rom.* soceri V 25 ut iubes *om.* D 28 desit X seueras B, perseuera(s *eras.* V) VD filia B 29 quasi D nota X, *corr. Schultingh* 30 sit X 31 exultabo BV *(corr.)* 32 referam morer B 33 sed(t) X, *corr. Schultingh* 36 nisi] non X, *recte* D^2 uitia Dτ *i. m.*, uita Bτ, uitam V suam Vτ

sed amavit e. q. s. . . . . ex quo adparet summi ingenii viro non iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naevos esset.

DVBIA

19. *Primasius Comment. in ep. ad Hebr. c. 11 secula vero, ut Ovidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque resolvantur, teste Varrone.*

20. *Schol. Bernens. ad Verg. Ecl. III 105 (Fleckeis. Ann. Suppl. IV 774 H.) item caeli spatium Ovidius Naso*

⟨putei⟩ orificium

ait, quia tantum caelum patere videtur, quantum orificium patet.

21. *Serv. ad Verg. Georg. I 43 Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti, unde sunt Iulius et Augustus. sic Ovidius in fastis.*

Ovidius ipse laudat, quae temporum iniquitate interciderunt, carmina: Gigantomachiam *(am. II 1, 11—16)*, carmen de M. Valerio Messalla *(ex P. I 7, 27 sqq.)*, de Pauli Fabii Maximi nuptiis *(ex P. I 2, 133 sq.)*, in Tiberi de Pannonia triumphum *(ex P. III 4 cf. II 5, 27)*, Getico sermone de Augusti obitu *(ex P. IV 13, 19 sqq.)*, de Augusti apotheosi *(ex P. IV 6, 17 sq., 9, 131 sq.)*.

---

37 sqq. cf. Quint. Inst. or. X 1, 98 (vide supra p. 194)

---

37 summum genus BV 38 pescen ad condam B 40 facem essem B fuisset X, *recte Exc.; de declam. cf. Ehw. Pr. 1892, 15 sqq.* frg. 19 Opilius (*vel* Opillius) *ci. pro* Ov. N. *H. Usener, Mus. Rhen. XXIII 681 = Kl. Schr. II 199 sqq.; cf. M. Haupt, Opusc. III 428, H. Zimmer, Pelagius in Irland 197; Ehw. Pr. 1889, 3* frg. 20 ouidius naso B, oledius LNP *(codd. Philargyrii),* ouidius *corr. m. rec.* N nasso LP, na|||so N *nomen exist. corruptum Ehw. Pr. 1889, 3* putei *add. Hagen* torificium LP, |||orificium N quia] atque LN frg. 21 sic — fastis *ante* unde — Augustus *cod. Lemovic., nunc Leid. Voss. 80 s. IX/X, om. Caroliruh. s. X, cf. Ehw. 1889, 3, qui G. Nickium, Philol. XXXVI 431 sq. recte impugnavit, et praef. nostram.*

INDEX NOMINVM

1) Bacho et sim. U

1) de forma cf. Wissowa I 220[1]

1) de Helice voce cf. Gundel 70, qui alterius loci p. 74 mentionem fecit.

1) cf. Mommsen, Röm. Forsch. II 3[3], sed cf. Zielinski, Quaest. com., Petrop. 1887, 112

1) cf. Gundel, de stellarum appell. 18

1) de hac voce cf. Gundel 68 sq.